BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — B
34

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8
C
22

8.6.19.

8. 27. B. 34

1957

Hugues

1922

HOMILIÆ VIGINTI QVATVOR TEMPORE ADVENTVS

habitæ in Eccleſia Meldenſi 1577. per Hugonem Burlatum Lutetianum D. Theologum, Sorbonicum.

Ad Reue. in Chriſto P. & Do. D. Ludo. Breſzeum Meldenſem epiſcopum vigilantiſsimum.

Bibl: Soc: Soc: — Coll: Rom: Socie



Ex bibli ca Altemps na

LVTETIÆ,

Apud Ioannem Macæum, ſub ſcuto Britanniæ, in monte D. Hilarij.

1578.

AVEC PERMISSION.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET D. D. Ludouico Breſzeo Meldenſium Epiſcopo vigilantiſſimo, Hugo Burlatus Lutetianus, D. Theologus ac ſocius Sorbonicus, Salutem.

Beneficiorum Dei memoria quæ ad virtutum laborem per ſe eſt ſufficiens (Præſul vigilantiſſime) ita ſemper in te viguit, vt eorum quæ tibi à Deo opt. maximo indulta ſunt, nihil vnquam tuis meritis, nihil tuo illuſtriſsimo generi, nihil mundo, ſed totum Deo tribueris: etenim ſi benefacere homini, eſt beneficium magnum apud Deum deponere, in eo præcipuum quod-

D. Chriſ. Ho. 27. in Gen.

Ib. Ho. 26

dam ac illuſtre tuæ virtutis teſtimonium reddidiſti, quod quaſi Leuita ille Laurentius Eccleſiaſticorum bonorum fidelis diſpenſator, ſed & quaſi B. ille Nicolaus Myrrhenſis propriorũ, Deo tuos greſſus dirigente, diſtributor factus, nihil non ei acceptum retuleris: ab eo enim tempore quo per tuum Chauaniacum noſtri Theologici ordinis doctorem meritiſsimum in tuos oculos prodij, præter famam (in innumeris propè, quos noſtra alit Gallia, Epiſcopis, antea inauditam) quæ cæca eſſe non poteſt, hoc me docuit conuerſationis, qua me dignatus es, experientia, non planè infœlix eſſe noſtrum ſeculum, cui Deus & ex illuſtri Breſzeorum familia, & ex ordine Eccleſiaſtico propè ruente, adeòque ferè inclinato ac iacente Epiſcopi non inani ſed vitæ conuenienti titulo decoratum dediſſet: Iam ego tale quid de te coniectare cœperam ex primis illis ſermonibus tuis quibus me (nihil tale vnquam meis meritis adeptũ) blandè ac leniter ad conciones præterito aduentus & Quadrageſimæ tempore in B. Stephani Meldenſis Eccleſia habendas 15 Cal. Iulias ſuperiore anno inuitaueras. Nec certè me mea fefellit opinio cùm præſertim tuis colloquiis & familiaritate me ad maiora eique cui

ſum aſcriptus Theologorum Pariſiẽſium ordini conuenientia ſtimulatum ſenſerim, & beneficienciaad doctoratus lauream euectum. Vnde mihi perpetua obliuionis & ingratitudinis nota videbar laboraturus, niſi mearum lucubrationum quas pro doctoratus mei primitiis Deo opt. offerre decreueram, partem aliquam tibi, in grati erga te animi ſignificationem rependerem, non vt quã tuam erga me beneficentiam me æquaturum præſumerem, ſed vt eam ſtimuli mihi per te ad vitem Domini indeſinenter excolendam additi indubitatum argumentum eſſe conſiderem. Nuſquam enim memoria excidet quod te quondam dicentem audiui, doctorem ſui officij rationem in ſuo nomine facilè deprehendere, ita vt qui verè quid ſit doctor intelliget, talis effectus nunquam patiatur animum ſuum in ocio torpeſcere, eûmque verè fœlicem, atque nihil non ad perſequenda ſacræ Theoſophiæ ſtudia oportunum nactum intelligat, cũ neque diuitias neque paupertatem *ſibi à Deo datam experietur, ſed tãtùm ſibi tributa ad vitam neceſſaria, aut cum bonorũ ſibi Eccleſiæ diſpenſationem datam viderit, non quaſi patrimonium vel hæreditarium quicquam ſed durum onus ſuæ ſalutis vel dam-*

nationis indubitatum omne, prout in ea benè vel malè ſe geſſerit, ex ipſa ſcriptura eliciet,
1. cor. 4. *dicente Apoſtolo :* ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpēſatores myſteriorum Dei: hic iam quæritur vt inter diſpēſatores fidelis quis inueniatur. *Fœlicem enim eum prædico cui Deus in ea vocatione perſiſtere dederit in qua à negotiorũ ſecularium tumultu ſit abſolutus, qui quotidiano ſtudiorum ſucceſſu ſic in maius ſemper*
Luc. 14. *augeatur vt* opere & verbo *euadat potentior, cuius in animum ſic illapſa ſit doctrina ſacra,* vt & ei mortuus ſit mundus, & ipſe mundo, *omnémque pompam ſecularem pro nihilo ducat. Hæc verò in eo munere obeundo fuit conſilij mei ratio, primùm, ſtatim ac me ad illud inuitaſti, cœpi cogitare cuiuſmodi cum auditorio mihi eſſent conferendi ſermones: quod cum omni genere hominum conſtare viderem, erat quidem mihi animus id agendi quod ait propheta :* Clama,
Eſa. 58. nec ceſſes, annunçia pop. meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata eorum: *& hoc Paulinum,* peccātem coram omni-
1. tim. 5. bus argue: *& hoc,* argue, obſecra, incre-
2. tim. 4. pa, *ſed conſilium immutauit cuiuſque ordinis ſua conditio: Clerum enim tuum Meldenſem*

primùm ſum admiratus ab eo tempore quo te, nondum eius paſtore, totam propè illam regionem inuaſerat Lutherana rabies, toties noſtris præſertim temporibus atque adeo in oculis noſtris, agitatum, vexatum, prædonum manibus & linguis peripſema effectum, non ſemel ſua vrbe pulſum in extremam penuriã redactum, integrum tamen adhuc atque incorruptum, & optimis quibuſque vitæ exẽplis abundantem, ſed ante omnia de Dei cultu maximè ſolicitum eíque ſemper intentum manere, ſed & concionibus per me habitis, quibus nunquam defuiſti, perquam aſsiduum: Quid erat opus ouem quaſi lupum concionãdo dilacerare, cui ad omnem pietatem, deuotionem, attentionem, & zelum chriſtianum tu ipſe palam me concionaturum benedictione epiſcopali muniens, facem præferebas? Vtinam multos hanc pietatem, hunc zelum, hæc vitæ exempla redolentes Gallicanæ eccleſiæ epiſcopos dediſſet bonus iudex ac æquus rerũ æſtimator, oues hæreſi, atheiſmo, ſortilegio, omníque nequitiæ genere diſperſas, in gregem domini reducerent, qui nunc & iam à multo tempore congregatas diſpergunt, tunicam Domini inconſutilem in neſcio quot partes diſcindentes, ac in omnẽ turpitudinis ſpeciem Matt. 27.

ã iiij

degenerantes dum non modo clero ſed & toti gregi Chriſti, ruinæ periculum ſtruere experientia comprobantur: ſed hunc clerum inuiolatum tibi tuiſque ſucceſſoribus in omne ſeculum conſeruet altiſsimus. Eos cauſarum iudices tuæ Vrbi præfectos ſuſpexi, qui acerrimi fidei Catholicæ defenſores perpetuò extiterant, quibus præſentibus ſic retundebatur hæreticorum impetus, vt etſi in extrema ſua audacia viribus præualerent, non tamen omnia pro animi arbitrio gererent: teſtis erit ex eorũ ordine vnus ille quẽ fama retulit vnico ſibi aũſſpto comite ſceleratis Eccleſiæ hoſtibus obuiam proceſsiſſe, iiſque Vrbis Meldenſis ingreſſum intercluſiſſe, cuius nomen aſſentationis ſuſpicionem metuens ſileo, populares magna ex parte zelo Dei ad Eccleſiæ catholicæ tuitionem accenſos comperi, & tanto conſtantiores eius protectores, quantò ex eorundem numero paucos, periculoſiores & audaciores eiuſdem oppugnatores: quorum exiguo numero, gregi Domini noſtri Ieſu Chriſti reſtituendo ſufficiet id (quod hæreticis ſemper infeſtum fuiſſe noſti) priſcis patribus ab omni hominum memoria commendatiſsimum, vt qui ſcholis Meldenſis diœceſis præſint, quæ & quomodo edoceant, an &

vitæ exemplo & doctrinæ ſinceritate omnes ſuæ fidei concreditos poßint imbuere, per viros pios, catholicos, & eruditos (quorum maximè te delectant colloquia) diligenter (vt ſoles) pro paſtoratus muneris, quo te donauit Deus, ratione intendas: quam viam niſi toto tui epiſcopatus tempore ſecutus fuiſſes, non tantis gratiarū beneficiis te cumulaſſet Deus opt. vt eum gregem quem ſeductum inueneras, adeo exiguo tempore quo hanc quam ſuſtines Epiſcopalem prouinciam exercuiſti, ei in quā nunc eſt tranquillitati reſtituiſſes. Nā nec viris bonis, piis, & literatis caruiſti, per quos, præſertim toto aduentus & quadrageſimæ tempore diuina præcepta mentibus fideliū inculcarentur, nec zelatoribus concionatoribus qui omni via è ſeductis conſciētiis cauteria educere tentarent: hinc igitur paruulis petentibus panem vel frangebas, vel frangendum diuini verbi præconibus committebas: illinc flexibiles iuuenum mentes & à malo auocabas, & rectum Chriſti tramitem ſequendum præmōſtrabas, hinc euulſam è cordibus hominum pietatem vel fini ſuo proximam reſtituebas, illinc teneras iuuenum mentes dogmatum ſanctitate & ſinceritate aduerſus infeſtiſsimos animarum hoſtes mu-

Luc.11. *niebas, hinc* ſpolia fortis armati detrahebas & diuidebas, *illinc ne tenera regeneratorum corda inuaderet obſtabas. Quo in labore cùm te non fluctuantem ſed ſecuriſſimè verſantem intuerer, nunquam quantacunque in difficultate vel occurrente anxietate animum abiicientem, ſed ſibi diffidẽtes parumque conſtantes animantem, fœlicem me duxi qui (Deo opt. donante) eum his miſeris fluctuantis Eccleſiæ Catholicæ temporibus in illa paſtorem nactus eſſem, per quem mihi tot doctis concionatoribus quos habuit meldenſis eccleſia, ſuccedere datum eſſet, quibus tamen me nuſquam æquandum lubentiſſimè faterer: multos ſuſtinuerãt hæreticorum impetus qui in tam laudabili munere me præceſſerant, ego tantum prope conſeruandum in doctrina ſancta populum nanciſcebar, fateor, ſed in ea tempora incideram (quæ necdũ præterierunt) quibus quanto ſui conſtantiores ſui defenſores habebat eccleſia, tanto etiam induratiores haberet oppugnatores: ita quanto laboranti mihi animum magis augebat chriſtianorum zelatorum memoranda multitudo, tanto perſeueranti eundem acuebat paucorum fidei aduerſantium nequitia, cuius ſi paucos ſtimulos ſẽſi, meliùs credo ſucceſſiſ-*

ſet, ſi multo plures ſentire contigiſſet: ſed omnia vt Deo placuit ceſſerũt: Ad eũ igitur ſtatũ vſq; reſtitutã ſuæ integritati priſtinæ multitudinẽ quæ per hæreticorũ importunitatem à Chriſto defecerat, non ſemel gauiſus, cũ me tuis meldenſibus futurũ verbi Dei præconem aduocaſſes, eã ad continendũ in officio gregem tuum, rationẽ mecum inij, eo præſertim tẽpore aduẽtus quo ſingulis ferialibus diebus propria non ſunt præſcripta Euangelia, operæpretiũ fore ſi in pio, caſto, & ſancto Dei metu, Deũ ſponte metuentes continerem, quos autem farina hæreticoruum & carnalium hominum rabies ab eodem abduxerat, illos (diuina meis optatis aſpirante gratia) ad eius cultum amplectendum inducere ſtuderem: Occurrebat tunc animo hoc Horatianum.

Oderunt peccare boni virtutis amore
Oderũt peccare mali formidine pœnę.

Mihique aduertendum putabam ne bonos vlla via, à ſolita pietate deijcerẽ, & malos in vitiorũ cœno iãdiu ſordidatos, in eodẽ diutius volutari ſine vllo laboris mei effectu permitterem: Quod vt facerem concepto vtcunque Dei zelo, me plurimum quotidiana tua animabat præſentia: feci igitur (non vt meo officio condignè me ſatisfacturũ præſumerem,

ſed vt tuis optatis eatenus quo ad poſſem, reſponderem) id quo & boni in officio contineri ſolent, & quo iniqui ab iniquitate reſilire poſſunt: deſumpſique ex Deu. contextu verba illa quæ populo, Dei præceptis obſequenti benedictionem temporalem, & in benedictione temporali ſpiritualem promittũt: contra verò, mandata eius aſpernanti maledictionem immittendam comminantur, vt & boni & pij in ſcriptura ſe ea habere documenta confiterentur quibus in officio contineri poſſunt, & mali ſibi in eadem illa non negarent deeſſe quibus à ſuis viis peßimis abduci poßint. In huius Deuteronomij contextus vtcunque per me elaborata elucidatione videas populum Domini, bonis ſeculi addictum, iiſdem exultantem, impinguatum, incraſſatum, recalcitrantem, & veri Dei deſertorem factum, in temporalium proſperitatum defectu plecti, ac in eo temporali ſupplicio extremi iudicii ſententiã præſentire: his vtrò modis iudicium diuinum nõ perhorreſcentem in peccatis ſuis mori: totum autem hoc, præſertim eius ductoribus tribuendum: Iſraelem ſiquidem legas Moyſi repugnantem vel immiſſo de cœlo ſupplicio, vel excitato ſibi externo hoſte pœnas luiſſe: ſub

duce Ioſue diuturna pace recreatum, & tandem emollitum, alterno belli & pacis ſucceſſu proſperitatis ſeculi incertitudinem expertum, regiæ adminiſtrationis miſeriam confeſſum, domeſticis bellis fatigatum, & tandem externo hoſti (prophetarum qui vnicum Deum, vnicam fidem & religionem ſuadere voluerant, fuſo ſanguine) in prouerbium & parabolam expoſitum: gentes etiam pleráſque veri Dei neglecto cultu conſimilibus cladibus et infortuniis ſubiacuiſſe: in bonis, direptionem, in corporibus languores multos, vtrumque autem in impetu bellico: in mentibus ignorantiam & excæcationem ſuſtinuiſſe donec reſipiſcentes ad Deum ſuum ſint reuerſæ vel perſeuerantes in peccatis in profundum abyſſi demerſæ. Legas & noſtram galliam quoties homines temporalia bona & pompas ſeculi Deo antepoſuit, vel bellica clade famæ & potentiæ ſuæ iacturam ſenſiſſe, vel peſte duplici, vel dira fame afflictum pœnas dediſſe. Qui verò populi Iſraël ex Aegypto redeuntis, cõtra Amalech prælianti, potentiſſimos Chanaan reges debellantis intueatur proſperos ſucceſſus, is facilè ex mandatorum Dei obſeruatione, eos fuiſſe ex aduerſo fateatur: Gallicum item re-

gnum tunc demũ fines ſuos lõgè latéque propagaſſe concedat, cùm fidem amplexum eſt, cuſtodiuit, & ab omni hæreticorum, ſciſmaticorum, ſimoniacorum ac quauis conſimili peſte eam vindicauit. Nec tibi ſit mirum (præſul vigilantiſsime) me populo Iſraël cuius frequens eſt in ſcripturis memoria populũ gallicum conferre: nam ſiue reges ſpectes in quibus ſemper benedictionis et maledictionis à Deo opt. datæ, vim declarauit ſucceſsio: ſiue populũ regibus obſequentẽ, & in regum vitia degenerãtem, ſicut eorundẽ virtutibus facilè inſiſtentẽ, ex omnibus pop. de quibus ſcriptæ ſunt & ſacræ & prophanæ hyſtoriæ, nullum comperi cui gallicũ meliùs æquarem quã pop. illum Iſraël, à Deo, ſui profectus initio benedictũ, ſed tandẽ ſua culpa perditionẽ ſuam
Oſeæ 13. *expertũ. Ac verè hæreditariã benedictionẽ & maledictionem æquè à pop. Iſraël ad noſtrum gallicum manaſſe, niſi me mea fallit opinio, ſecurè poſſum dicere, ſi modò ei populo qui inter cæteros fidem Iſraëlis ſuſcepit, præmium quoque fidei indulſiſſe Deus concedatur, fidem quoque abneganti hæreditariam maledictionẽ reliquiſſe. Hos ſermones ad omnem quidem popul. Galliæ tutò haberi poſſe iam diu meditatus fueram (præſul. vi-*

gil.) vt quos, prophetas vet. legis ad reges et pop. Iſrael habuiſſe ſciebam: ſed ad quem ex hoc regno lubētiùs eoſdē haberem, mihi à Deo opt. Max. qui meis optatis hac inparte nō defuit per te datū ita ſum gauiſus, vt nihil mihi deſideratius vnquā cōtingere poſſe duxerim. Etenim cùm integro quadriennio Lutetianos (quibus ſum ortus) frequentibus cōcionibus ad fidē Catholicā (cuius, poſt D. Dion. Areopagitæ tēpora ſtudioſiſſimi obſeruatores fuerūt) magis ac magis protegendā pro viribus cohortatus eſſem, viderēque vicinos illis meldenſes, quia luporū rabiē experti eſſent, ab ea ex parte defeciſſe: ſed eā denuo te paſtorem nactos tanto ferventiùs amplexos fuiſſe, quantò liberiùs antea deſeruerant, occurrit animo, ei multitudini potius profuturos eiuſmodi ſermones, quæ magis in fide & religione titubaſſet, atque (vt cum propheta loquar) quæ præ omni alia in ambas partes claudicaſſet, vt Dei promiſſa & virgas (in quibus iniquitates hominum viſitare ſolet) agnoſcens, in eius mandatis lubentiùs permaneret: Quod dum me meditari voluit Deus opt. ei totum id tribuo. Quod verò id in hominum Pſ. 88.
oculos, non ita diu ab adepto in ſacra Theologiæ facultate doctoratus gradu, prodire vo-

lui, non eò id referendum vnquam putaui vt quatuor erudiſsimorum commilitonum, quos eò ante me donari Deus voluit, gloriæ & laudi quicquam detraherem, & ex eo me plus quàm eorum quẽquam publicæ vtilitati conſulere temere gloriarer, ſed ne ſilentio tranſmitti paterer labores immenſos quos pro reſtituenda ſuæ integritati tua Dioceſi ſoles inſumere, & mercenariis qui non per oſtium in Ouile Chriſti ingreſsi ſunt, tuam diligentiam à ſilentio vindicando, quantum in me eſſet ſitum, ſtimulum adderem: Accedebat & ad id ſperatus anteà huius laboris mei fructus qui quo pluribus (huius ſeculi noſtri ærumnas poclamaturis) cõmunicaretur tanto mihi maiorem apud Chriſtum mercedem impetraturus videretur: Cuius autem nomini commodiùs dicaretur non videbam quàm illius qui me hoc cõcionandi munere apud ſuos honorandum duxiſſet, nec me vnquam à ſe aut inhonoratum aut irremuneratum abſcedere paſſus fuiſſet: Quale cũ te eſſe (pr. vigi.) vel innumera illa beneficia quibus me cumulaſti ſatis per ſe teſtarentur, hoc tibi per me dicatum & oblatum primum doctoratus mei opus, ac veluti teſtimonium, eo animo excipias precor atque obteſtor, quo ego illud iam

à multo

à multo tempore tibi dicandum cogitaui, vt & ſub tui nominis tutela liberius in hominum oculos illud prodire gaudeam, & ad maiora (dum Deus dederit) & ſtudioſo lectori meditanda, & tibi dicanda animum adiungam. Bene Vale. Deus te ſuæ Eccleſiæ, tuiſque diu ſeruet incolumẽ. E tuo Muſæo Sorbonico.

Pridie Cal. Nouemb. 1578.

Ad Meldenſem Epiſcopum,

DE HOMELIIS SIBI AB H. BVRLATO DOCTORE Theologo nuncupatis,

Epigramma.

SI fortaſſe ferox repſit per Ouile luporum
Turba, veneno ſo toxica dente gerens:
Liber vt à ſæuo morſu grex arte leuetur,
Vulneribus crudis danda medella fuit.
Ne, poſtquam fuerit peſtis diffuſa per artus,
Inferior morbo ſit labor artificis.
Scilicet occulto ſerpebat ſubdola ſyren

Hæreſeos paſſu per tua regna malæ:
Hoc dum prudenti Paſtor ſub pectore voluis,
Non ſinis vt tacito tramite peſtis eat.
Occurris catus morbi venientis ad ortum,
Per te pérque alios pharmaca tuta parans.
En tibi iunctus adeſt, præbere remedia doctus,
Burlatus, ſacri nuncius eloquij.
Ille viros queis dat fluuius Matrona liquorem
Irati docuit verba timenda Dei.
Hic tuus eſt popul⁹ ſunt hæc tibi paſcua curæ,
Inſidias illic non ſinis eſſe lupi.
Lubrica ad abceſſum dictis ne fortè pateret
Semita (Nam voces ocyus amne fluunt)
Burlatus chartæ voluit mandare fideli
Quicquid ſacriloquo dixerat ore palàm.
Horum tu dignus, Præſul venerande, referri
Tutor, vt in populum tutiùs ire queant.

Philippi le Bel Bellouacenſis baccalaurei Theologi.

Ad populum Meldenſem,

IOH. BVCHÆRI THEOL. BACCAL. SOCII SORBONICI Carmen.

Nimirum hi fructus Metanææ, vt ſydera rumpens,
Irato excutiat vel ſua tela Ioui.
Qua ſine, terrificis crepuit dū vocibus æther,
Protinus en ſubito fulmine pœna comes.
Cernis vt extinxit miſeros, dum numina temnunt,
Hinc vnda, hinc ferrum, hinc ignis, & inde fames?
Cernis ac audito ſapiunt dum numine, telis
Vt poſitis redeant pax & amica ſalus?
Et vos, ô Meldæ, quōdam Iouis ira manebat,
Dū veſtro fremerēt ſchiſmata clauſa ſinu.
Quæ mala ſi Chriſti met⁹ abſtulit, euge beatos
Queis tali placuit flectere colla iugo.
At vos ſic metus hic ſic dia oracula ſeruent,
Perpetuò his detur vt caruiſſe malis.
Quod fauſtū vt vobis, en dat Burlatus amico
Quæ priùs ore dedit, nunc pia ſcripta manu.

AD LECTOREM CARMEN.

TV quicũq; legis quas Meldis voce tonabat
Burlatus Domini diſce timere minas.
Nãque velut legis quiſquis præcepta tenebit,
Sentiet æternum munera grata Dei.
Tempore quo ſitiet fructus, demiſſa ſupernè
Lympha dabit fundo flumina grata ſuo.
Fœcundata nimis lætabitur area fœtu,
Plenáque pingueſcent horrea farre graui.
Et preſſæ vrgebũt vites ſub pondere Meſſis
Tempora, ne requiem curuus arator agat.
Illius in tectis firmato fœdere viuent
Filius & ſeruus, nata parénſque ſimul.
Omnia tranquillo nexu compoſta vigebunt:
Diſſidij fugient cunctáque damna procul.
Carpere ſecurus poterit de nocte ſoporem,
Inque die lætus ducere ad arua boues.
Sic qui deſpiciens animo mandata rebelli,
Auſus erit leges deſeruiſſe Dei.
Huic ſine pungenti lucem ſpectare dolore
Non dabitur, fiet luctus vbique comes.
Ecce grauis clauſum retinebit viſcere granũ
Nec captum poterit reddere ſemen humus.
Inque vicem ſegetis ſuccreſcet carduus ingẽs
Concedent loliis victáque farra malis
Edet abortiuum mater pecus omne Capella

Et pariet nanos debilitata parens
Virginibus florem rapiet Bellator iniquus
Nuptarum ſtupris inficiétque thoros.
Omnia conſpiciens reſonantia compita luctu
Quî miſer à lachrymis abſtinuiſſe queat?
Forſitan hoc ſatis es propriis, ô Gallia, dãnis
Docta, ex quo cultum deſpicis ipſa Dei.
En fœtere tibi poſtquam cœpere potentis
Verba Dei, atque tua viuere lege paras.
In ſterili rugas contraxit viſcere Tellus
Hãcque reges viridi tegmine nulla beat.
Aut ſi culta tibi fortaſſe noualia fruges
Producant, Mauors impius ecce rapit.
Ergo tuis edocta malis mandata ſupremi
Illius ad nutum fingere diſce modò
Et tu, quiſquis habes Burlati hæc ſcripta diſerti,
Nolle Deum diſcas irrita iuſſa fore.

Philippi le Bel choleteri baccalaurei Theologi bellouaci.

AVTHORVM QVI in his Homiliis citantur Catalogus.

Abdias Babilonicus.
Abſalon.
Aelianus.
D. Anſelmus.
Alex. ab Alex.
D. Ambroſius.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Agathius.
D. Auguſt.
Auguſt. Eugub.
D. Athanaſius.
Athenagoras.
D. Baſilius.
D. Bernardus.
Ve. Beda.
Calcondylas.
Caßiodorus.
D. Clemens Pap.
Clemens Alex.
D. Cirillus Hieroſol.
D. Ciril. Alexand.
Chromatius.
Cælius Rodig.
D. Cyprianus.
D. Dionyſius Ariop.
Dionyſ. Cartuſ.
Dionyſ. Alicarn.
Dion Niceus.
Egnatius.
Epiphanius.
Euſeb. Ceſa.
Euſeb. Emiſſ.
Euagrius.
Eucherius Lugd.
Fulgentius.
Fulgoſius.
Fucherius Carno.
Fride. Staphylus.
D. Greg. Papa.
D. Greg. Nazian.
D. Greg. Nyſſ.
D. Greg. Turo.
Guerricus abbas.
Giraldus.
Hermes.
Herodianus.
D. Hieronymus.
D. Hillarius.
D. Hyppolitus Martyr.
Hildefonſus Tolet.
D. Ioan. Chriſoſt.

D. Ioan. Damaſc.
Ioan. Hieroſol.
Ioan. Ma. vernatus.
D. Iren.
Iuſt. Martyr.
Iuſt. Hyſtor.
Lactantius.
Macarius.
Niceph. Call.
Origenes.
Pamphilus Martyr.
Panormitanus.
Patritius Senenſis.
Pauſanias.
Paulus Diaconus
Petrus Comeſtor.
Pierius Valerianus.
Philo Iudæus.
Polybius.
Pontanus.
Platina.
Plato.

Plinius.
Primaſius.
Procopius.
Proſper aquita.
Rich. à S. victore.
Ruffinus.
Ritius Neap.
Saluianus.
Seuerus ſulp.
Sigebertus.
Socrates.
Sozomenus.
Surius.
Tertullianus.
Theophilus Alex.
Theophilactus.
Theodoretus Cyren.
Val. Max.
Volaterranus.
Victor vticenſis.
Xiphilinus.
Zonaras.

HOMILIA PRIMA EX Deuteronomij XXVIII. CAP.

Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias et facias omnia mādata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, veniēt ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te: maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuū, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & maledictus fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum: maledictus eris ingrediens & egrediēs. Deuteron. 28.

I*MPIVS cùm in profundum venerit peccatorum, inuolutus iniquitatis ſuæ tenebris, iam de luce deſperat: Non credit quod reuerti poſsit de tenebris ad lucem, circunſpectās vndique gladium.* Prouerb.18.

Ratio horum verborum eſt (ex B.Greg.papa) quia dum ſe feriri vndique inſidiis credit, *L.12. exp. mor.in Iob, cap.19.*

ſalute deſperata, ſemper ad nequitiam exceſcit. tum ſubiicit poſtea: Aliquando verò iſte
2.cap. » peruerſus etiam ſuperna iudicia attendit, &
» ſuper ſe hęc venire metuit: Sed cùm ſtipendiũ
» vitæ præſentis quærit, hæc eadem iudicia quæ
» metuere cœperat, auaritiæ deuictus inſania
» contemnit. Et quidem mori ſe poſſe in peccato exiſtimat, ſed tamen à peccato non ceſſat.

Pſ. 33. Pſ. 110. Enarrat. in pſ 110. Epiſt. 120. quæ eſt ad Honoratũ Epiſc. de gratia noui teſtam.

Semper autem eſt vultus Domini ſuper facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum. Sed initium ſapientiæ, timor domini, qui duplex eſt ex D. Aug. ſeruilis, quem incutit metus pœnæ, filialis de quo, pſ. 18. *timor domini ſanctus permanet*: permanens dicitur, vt alius eſſe deſignetur qui non permanet, ait D. Aug. ſanctus verò quia hoc non caret amor quo anima adhæret Deo. Nã
» & cõiunx quæ adulterinum animum gerit, e-
» tiamſi timore viri non perpetrat adulterium,
» tamen quod deeſt operi ineſt voluntati: Caſta
» verò aliter timet. Nam & ipſa timet virum ſed
» caſtè: Denique timet illa ne vir infeſtus adue-
» niat, iſta ne offenſus abſcedat: Non amanti e-
» nim, præſentia viri moleſta eſt, amanti verò
» abſentia: Timeant igitur homines quem di-
» ligunt, non alta ſapiendo, ſed humilibus con-
» ſentiendo, cum timore & tremore ſalutem ſuã
» operando, Deus eſt enim qui operatur in eis
» velle & operari pro bona voluntate: non adhæreat igitur ita terrenis homo, vt per ea timorem Dei filialẽ abiiciat, quo abiecto in iis quorum nimio deſiderio exarſerit temporale

ſupplicium luat, æterni poſt hanc vitam ſubſequuturi prænuncium quod hoc ordine cõminatur Deus, reprimens auaritiam omnium ſcilicet malorum radicem

in { diuitiis
prole
nimia ſecuritate vitæ.

Verè enim (vt habet D. Paulus) *Auaritia eſt omnium malorum radix*, ſed ita (quemadmodum ait Euſeb. emiſſ.) vt in auaritia: non aurum vel argentum ſed cupiditas, nõ diues ſolum, ſed & qui cupit diues fieri intelligatur: Cupiditas enim (ait) hoc malum habet quod « dum ingerit tranſitoria abſcondit æterna, & « dum à foris poſita conſpicit intra ſe latentia « non introſpicit, & dum aliena quærit, factori « ſuo hominem reddit alienum quod ſequentibus pateat exemplis. Cupiditas Adamum ad appetẽdam Dei æqualitatem induxit, intellecto in auaritiæ nomine nimio honoris deſiderio, ſecundum D. Aug. Caynum ad ædificandũ impulit, cùm ante eum (teſte D. Aug.) nullus terrenæ ciuitatis conditor extitiſſet, quod fecit fratre per inuidentiæ vitium occiſo, in « eo ſignificans Iudæos à quibus Chriſtus occi- « ſus eſt paſtor ouium hominum, quem paſtor ouium pecorum præfigurabat Abel. Iudæos ſeruantes cœlitus demiſſum manna, repentinam in eo cariem experiri coegit. Achan aſſeruatis ex Hiericho ſpoliis, cũ pallio coccineo, 200. ſiclis argenti, & regula aurea 50. ſiclorũ,

1. tim. 6.
Ho. in ſan. ſentes.
Tr. 8. in 4. c. 1. Ioan.
15. l. de ciuit. dei c. 7.
Gen. 4.
Exod. 16.
Ioſ. 7.

Anathematis conſcium, traditis igni cunctis
1. *Re.*15.*et vlt.* quæ eius erant, ad mortē adegit. Saülem parcentem Amalech, ſuæ poteſtati diuinitus tradito in diram cladem cum ſuis Iſraëlitis coniecit: Rationem fortè tot malorum auaritiam ſubſecutorum exquiras, hanc à D. Paulo acci-
*Eph.*5. pe, *quia eſt idolorum ſeruitus*: Auarus enim, vt in ea verba ait D. Ambr. ſimiliter ea quæ dei ſunt
» ſibi vſurpat & recondit, vt quæ vſibus homi-
» num omnium conceſſit deus communiter, a-
» uaritia deneget, quando idcirco ea congregat
» apud ſe ne iis alij vtantur: quæ res facit vt ca-
» rè venundent ne pauperes viuant: ſi enim mi-
» nimè reconderentur, abundantia omnium re-
» rum faceret vtilitatem: denique apud veteres,
» quia auaritia non erat, nec caritas: Rectè ergo
» idololatriæ comparata eſt quia multos lædit,
» creatori ſimiliter inimica, vult enim Deus ac
» iubet de iis quæ creauit ſubueniri pauperibus,
» auaritia contra dicit. Hinc enim lectorē hortatur D. Ambr. ad cogitandum an (his quæ ex eo præmiſſa ſunt præſuppoſitis) auaritia ſine diabolo eſſe poſſit. Plura autē ad idololatriæ
In 5. *cap. Epiſt. ad Ephe.* nomen facientia proponit D. Hieron. ſub his ferè verbis. Si auarus ille accipiatur qui pecuniam vndique conquirens per fas aut nefas,
» pleno ſacculo delectatur, in eo eſt idololatria,
» quia ſculpturam ipſius nummi colit, & idola
» in ipſis nummis cælata veneratur. Sed vt res magis clareſcat, aliis exemplis doceatur. Eccleſiaſticis ad hanc impietatem facem prætu-

lit Simon Magus,qui ſemel donū Spiritusſan- *Act.8.*
cti pecuniæ pretio ſibi comparare voluit, vt
illud multoties poſtea diuenderet,ait Epiph. *l.1.t.2.*
Cui eatenus haud abſimiles fore vidētur qui *Her.21.in*
non niſi ingruente extrema neceſſitate placā- *initio.*
dum precibus & ſacrificio deum putant:qua-
ſi putēt ob ſola temporalia ſolatia ſupplican-
dum deo,nec præter hoc quicquam cogitan-
dum: cum tamen vel ad gratiarum actionem,
vel ad gratiæ diuinæ petionem & orationem
& auguſtiſſimum ſacrificium miſſæ vel quoti-
die referre, chriſtiani ſit officij, id vel pagano
Timandrida Lacedęmonio apud Ælianū nos *l.14.de va.*
docente: qui cùm poſt longam peregrinatio- *hyſt.*
nem domum reuerſus,rem familiarem longè
auctiorem quàm reliquerat, à filio factam vi-
diſſet, multos ab eo deos & homines iniuria
affectos eſſe, & ex rapinis iſtas opes aggeſtas,
fuiſſe dixit: Liberi enim ciuis eſſe ea quibus
domi abundes in deorum cultum & hoſpita-
litatem conferre: Qui ſecus faciat, eum iniu-
ſtum eſſe. quod certè &Simoni Mago ſi voti
compos euaſiſſet, & conſimilis farinæ homi-
nibus expoſtulari poſſe non eſt dubium.Quo
autem modo etiam ditiſſimorum ac poten-
tiſſimorum corda quę ſemel inuaſerit poſſi-
deat cupiditas, exemplo ſint qui ſubſequun-
tur. Rex babyloniorum qui cognitis per nū-
cios ad Ezechiam regem miſſos, tēpli Hiero- *4.reg.20.*
ſolymitani diuitiis, non priùs animo quieuit
quàm cuncta eius vaſa diripuerit,adeóque to-

1. Ma. 12. ti Iudææ graue malum intulerit: Ionathas qui dum acceptis à Tryphone muneribus temerè eius fidei ſeipſum credidit, ac blãdis illectus ſermonibus Ptolemaidem ingreſſus, mille tantùm hominum comitatu ſtipatus, cum illis gladio interfectus eſt: denique omnes illi ad quos Chriſtus dominus ait, *ſtulte hac nocte repetent fures à te animam tuam*, vbi commune eorum qui vt plurimùm alieno malo diteſcũt malum hoc eſſe deſignat, à prædone interimi vel ſpoliari. Placet enim hoc loco D. Baſilij de auaris ſententia: in mari piſcis minor, eſca maioris eſt, & ſi vnquam euenerit, vt is qui minorem ſuperauerat alterius præda fiat, ambo tum ſimul degluriuntur & vnum vltimi piſcis immerſi ventrem ingrediuntur: Quid quæſo nos homines aliud agimus cùm vim inferimus inferioribus? Quid intereſt inter eũ & vltimum piſcem qui ſua improba & intemperãti cupiditate diuitias cõſequendi, in inexplebiles auaritiæ ſinus, imbecilles ingerit homines atq; abdit? Ille pauperis patrimonium raptum habuit, tu illum oppreſſum, partem tuarũ facultatum feciſti: iniuſtis iniuſtiorem profectò, atque auaris auariorem te oſtendiſti: prouideto ne finis idem tibi, qui piſcibus crebrò euenire ſolet, occurrat: hamus fortaſſè, aut naſſa, aut rete. Ac (vt ait Saluian°) mirũ eſt potentiſſimos hanc viam in acquirendis diuitiis ſequi, ac oppreſſores populariũ eſſe, quaſi ad hoc ſe natos putent, vt in paupere oppri-

Luc 12.

Ho. 7. exaëmemerō.

l 3. de pro uid. & iud. dei.

mendo ſuę potētiæ ac nobilitatis ſpecimē palàm exhibeant. Contra inexplebilem igitur omnium ordinum populi ſui auaritiam, comminatur Deus in ciuitate exiſtentibus maledictionem ſuper bona ſua, vt in putribili putrefactionem, in aliis aliam mutationem in deterius ſecundum ſuum cuiuſque genus. Quid enim prohibet à carie, vel à beſtiolis triticum, ſicut & olim Manna: à rubigine aurum & argentum: à tinea veſtes deprauari? quæ autem his non deuaſtātur incomodis, à furibus noctu veniētibus interfectis domus cuſtodibus diripi? Sunt enim hęc quæ toto hoc Deuter. cap. comminatur Deus incommoda. Foris autem maledictio iis datur qui temporis & prędonum iniuriis ſubiacent. Hactenus de proſperitate hominum in diuitiis confidentium: Maledictio ſecunda hodierni contextus in prole eſt, cuius fœcunditas à mundanis pręcipua quædam proſperitas putatur: ac verè tēporalis proſperitas eſt iis *qui timent dominū & qui ambulant in viis eius, quibus eſt vxor ſicut vitis abundans in lateribus domus ſuæ*, & quibus conceditur *videre filios filiorum ſuorum in circuitu mēſæ ſuæ*: cuiuſmodi proſperitate donatus eſt Abraham, cuius ſemen multiplicatum eſt ſicut ſtellæ cœli & arena maris. Bonis enim ſibi à domino Deo indultis vſus eſt ad honorē Dei, non delectatus vnquā ſuperbis ædificiis, monilibus, aureis & argenteis vaſis, precioſa ſupellectile, ſed iis tantùm quę ex tempore egē- Pſ. 127.

Ho.48. in Gen. tibus dari poterant(ait D.Chriſoſt.)Sic male-
dicta fuit à Deo progenies Heli ante eius obi-
1.reg.4. tũ planè extincta:Saülis,1.reg.vlt.2.reg.3.Da-
2.reg.12. *18.& 3.2.* uidis vtpotè in Abſalone Ammon & Adonia.
& 12.4.re. *10.* Salomonis,in Roboamo cuius diuiſum eſt re
gnum : in Achab cuius tota domus deleta eſt,
Eſt & maledictio in prole ſpiritualiter intelle-
cta, cùm iuuentus ſic negligitur,vt nec ad pie-
tatem nec ad virtutem inſtituatur, vel etiam
inſtitui prohibeatur:ſicut à Iuliano imperato-
re,dicto apoſtata à deſerto monaſticæ vitę in-
ſtituto, factũ legitur,qui ortodoxorũ liberos
à ſcholis publicis, ne in iis edocerentur arceri
l.3.hyſt.eccl. *c.7.* voluitteſteTheodoreto,quẽ ea in parte in ſuis
centuriis Magdeburgenſes imitati leguntur:
Proficit ergo iuuentus in benedictione ſpiri-
tuali cùm ad pietatem &virtutem inſtituitur,
eo ſenſu quo ait B. Paulus ad Gal.4. *Filioli mei
quos iterum parturio*, quibus in verbis mentem
apoſtoli explicans B.Ambr.de eo ait.Primùm
» per fidem illos genuerat in Baptiſmo,ſed quia
» velut per abortum nati, deformati & infirmi
» inuenti ſunt, nunc cum dolore conſilij refor-
» mat eos in Chriſtum:concipientes enim fidẽ,
» & ſenſum fidei minimè aduertentes, formatũ
» chriſtum in mentibus ſuis negantur habere: ſi
» enim intellexiſſent gratiam Dei in Chriſto,
» poſt fidem in iudaiſmum traducti non eſſent:
Quæ eadem verba exponens D. Chriſoſt ait.
Vide Apoſtolum commotum, vide turba-
tum: matrem refert de liberis trepidantem,vi-

des in eo paterna viſcera & anxietatem Apo- „
ſtolo dignam: vides qualem emittit eiulatum „
multo triſtiorem quam ſolet eſſe parturien- „
tiũ: *Corrupiſtis (ait) imaginem dei in vobis, opus eſt* „
vt renaſcamini vtque refingamini, & tamen vos „
filios voco quos tamen poſſem vocare fœtus „
imperfectos & abortiuos: ſed parcit illis, neq; „
vult vulnera vulneribus addere, in hoc imitã- „
dum exiſtimans peritum medicum qui nõ ex „
interuallo curat ne deſpondentis infirmi ani- „
mus pereat: ſic patrẽ ſpiritualẽ, id eſt paſtorẽ
eccleſiaſticum, ſeu prædicatorem decet inſtar
medici pro qualitate morbi modò mitia, mo-
dò aſpera ad curationẽ adhibere medicamẽta,
quod ſe feciſſe ait D. Chriſoſt. in eos qui thea- *Ho. 7. in*
tricis ſpectaculis adfuerãt: vt ergo D. Paulus, *1 cap.*
Chriſoſt. Ambro. iuuentuti ſpiritualem apud *Gen.*
Deum benedictionem procurant, per quam
temporaliter, & ipſi & eorum progenitores
temporaliter benedici mereantur: ita ſpiritua-
lem benedictionem in obſeruatione manda-
torum diuinorum renuenti, temporalem ma-
ledictionem in hoc ſeculo, æternę (quę ſequu-
tura eſt) prænunciam comminantur. Ac quo-
niam bonorum poſſeſsio, & prolis proſperi-
tas ac incolumitas vtrumque parentem, in
aduerſa valetudine, aut parùm, aut nullo-
modò iuuant (ſunt enim vulgaria ferè hæc
incommoda quæ ideò in aduerſo caſu poſi-
ti parui pendunt) ideò & in corporis va-
letudine maledictionem prædicit ex iniqua

rerum poſſeſſione & iuuentutis neglectu ſequuturam. Cùm enim aſſumptis in vſum hominum bonis à Deo conceſſis, reliquiæ eorũ, pauperum inopiæ ſubleuandæ, & ditiorum peccatis delendis accommodari debeant di-
Pſ.40. cẽte Dauide: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus, nõ tradet eum in animam inimicorum eius.* An non iuſto Dei iudicio fit, vt neglecto paupere, & abſcõſis ei quæ nobis ſuperflua ſunt, maledictionẽ vel in ipſis bonis, vel in propriis corporibus
l. de Nab. Ieſrael. ca. 8. incurramus? ſcite enim ait D. Ambr. ad prædicta pſalmographi verba, quis eſt qui intelligit ſuper egenum? qui compatitur ei, qui ad-
„ uertit eum conſortem eſſe naturę ſuæ, qui co-
„ gnoſcit quod & diuitem & pauperẽ fecit do-
„ minus, qui ſcit quod Deus ſanctificet fructus
„ ſuos ſi de his aliquam delibet pauperibus portionem: Quod qui non fecerit (iuxta Deuter. contextum) *maledictus erit ingrediens & regrediens.* Quę & ex inſidiis quæ per inimicos ſtrui ſolent intelligi poſſe videntur, cùm habeat litera ex Antitheſi in pręcedentibus verbis, *dabit dominus inimicos tuos qui conſurgunt aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo: per vnam viam veniẽt contra te, per ſeptem vias fugient à facie tua*: quod
Gen. 14. qui exemplis delectatur ſciat adimpletum in
1. Reg. 17. Abrahamo contra quatuor reges præliante,
2. Par. 13. in Dauide contra Goliathem Philiſteum, in Abia contra Hieroboam ſeductorem Iſraëlis.
Math. 2. Sed & miretur Magos ab oriente venientes,

intempeſta nocte moneri, ne ad Herodem reuertantur quem hieroſolymis conuenerant. Ioſephum in ſomno videntem angelum, à quo iubetur filium cum Matre in Ægyptum perducere, ad declinandam Herodis in pueros ſæuientis immanitatem. D. Baſilium contra Valentem imperatorem de exilio vitando ſecurum, vt eſt apud Theodor. omitto autem hîc & quæ de paganis feruntur in prophana hyſtoria, vt de Deiotaro rege, Caio Mario, Alexãdro magno, Simonide, Themiſtocle, apud Valerium max. & Fulgoſium: Nec verò mirũ eſſe debet has promiſſiones & maledictiones in temporalibus bonis & pœnis eſſe, cùm ex D. Paulo nihil ad perfectum deduxerit lex Moſaica: in iis enim quę tẽporaliter promiſſa ſunt ſub Moyſe, maiora adeóque ſpiritualia bona legis Euangelicæ intellecta fuiſſe, dubiũ non erit conſideranti hæc D. Auguſt. verba. Quid mirum ſi Deus bona ſui throni, dat ſpiritualiter ſibi ſeruientibus, & bona ſcabelli pedum ſuorum dat carnaliter ſibi ſeruientibus, cùm ſpiritus ſuperior ſit & caro inferior, ſicut ſuperiora ſunt cœleſtia, & inferiora terreſtria? quanquam illa omnia, ager, pratum, fructus terræ, iumentorum & armentorum, boum, & grex ouium, poſſunt etiam ſpiritualiter intelligi. In his ergo, quia benè ſe habuit Abraham, magnum illi quiddam promiſſum eſt, in eo nempè omnes gentes benedictionẽ accepturas: temporalem, ex multiplicatione

l. 4. eccl. hyſt. c. 17.

l. 1. c. 4. & 7. & 5.

l. 1. cap. 5.

Hebr. 7

Cõtra Adamãt. Man. diſcip. c. 18.

ſeminis ſui,& habitatione terræ Chanaan,ſpiritualē ex Meſſia Chriſto Ieſu, qui de ſemine Abrahę carnē aſſumpturus erat. His poſitis & intellectis,diſcat Catholicus, diſcat & omnis peccator ſe nihil habere in hoc ſeculo quod nō acceperit,ſciet enim inde ſibi non gloriandū in bonis,in liberis, in cognatione, in genere,in rerū cognitione,in corporis cōſtitutione ſed ſicut veteris teſtamēti patres,horū omniū bonorū cumulo à Chriſti vēturi fide nō ſunt deiecti, ita neque huius tempeſtatis homines qui Chriſto & eccleſiæ in eo firmiter fundatæ adhærebunt, adeò in bonis ſeculi ſpem ſuam ponent,vt ab eius qui venit, & paterna mandata adimpleuit, cuius aduentum memoria recolimus,fide abducantur. Sed in eo ſperantes, in eo viuent & morientur, & tandem cū eo,cœleſti fruentur gloria,ad quam nos poſt hāc vitā perducat Deus trinus & vnus Pater & Filius & Spiritus ſanctus Amen.

*

HOMILIA SECVNDA.

Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ facies donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. Adiungat tibi Dominus peſtilentiam donec conſumat te de terra ad quam ingredieris poſſidẽdam: Percutiat te Dominus egeſtate & febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto & rubigine & perſequatur donec pereas. Deuteron. 28.c.

NIHIL certius morte, iuxta hoc Paulinum: *ſtatutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori*: & hoc horatianum. Hebr. 9. l.1. car. od.4.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regúmque turres.

Sed hora & lãguoribus eius (quia varij ſunt & inæquales) nihil incertius: dicente D. Aug. ad hæc verba pſal. 109. *de torrẽte in via bibet*, videamus in via bibentem de torrente primo. „ quis eſt torrens? profluxio mortalitatis huma- „ næ: Sicut enim torrens pluuialibus aquis col- „ Enarr. in Pſ. 109.

„ ligitur, redundat, perſtrepit, currit, & curren-
„ do decurrit, id eſt curſũ fixit: ſic eſt omnis iſte
„ curſus mortalitatis. Naſcuntur homines, vi-
„ uunt, moriuntur, & aliis morientibus alij na-
„ ſcuntur, rurſúſque aliis naſcẽtibus alij moriũ-
„ tur, & illis morientibus alij oriuntur, ſucce-
„ dunt, accedũt, decedunt, nec manebũt. Quid
„ hîc tenetur? quid non decurrit? quid nõ quaſi
„ de pluuia collectũ it in abyſſum? Quomodo
„ enim fluuius repentè collectus de pluuia, de
„ guttis imbrium, it in mare nec apparet, quia
„ nec apparebat antequam de pluuia colligere-
„ tur: ſic hoc genus humanum de occultis col-
„ ligitur & profluit in mortem: Rurſum in oc-
cultũ vergit, medium hoc ſonat & tranſit: Ex hac vitæ inconſtãtia & fragilitate hominũ in vita emendãda tarditatẽ admiratus eſt his verbis Pſaltes regius.

Pſ.93. *Vſque quò peccatores Domine vſquequò peccatores gloriabuntur*, in quibus gemina repetitio loquentis zelum demonſtrat: & quanquam (ait Euthymius) dubitanter loquitur Propheta, non ignorat tamen eorum qui iniuſtè agunt momentaneã eſſe fœlicitatem, ſed diuturnam dei patientiam ægrefert. Porrò quouſque excreſcat hominum de morte non cogitantium malitia, ex ſequentibus eiuſdem pſalmi verbis facilè liquebit, ad quæ hæc explicationis gratia ſubiicit D. Aug. quidã ſunt qui timẽt malè facere, non quia iuſtitiam diligunt, ſed timentes damnari inter homines vel ab hominibus, abſtinent quidem ſe à fa-

ctis malis, ſed non à cogitationibus malis: ad quos vt deſinentes inſoleſcere, Deum, filium ſuum miſſurum ſuſpiciant, diriguntur per aſſumptum Deuteronomij contextum comminationes mortis.

- Subitæ, in Peſte
- Languidæ
  - In fame
  - &
  - Aliis vulgaribus incommodis.

Comminationis ratio oportunè ſumitur ex his verbis Eccleſiaſtici 7. *in omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Peſtilentiæ autem cauſa ſeu origo (ex gloſa ord.) eſt ex fulgure, tonitruo, grandine, & ſimilibus, bona terræ & aërem corrumpẽtibus, ex quibus ſequuntur infirmitates & languores: Cuius pœnæ comminatio dirigitur ad tollendum, vel ſaltem imminuendum deſiderium habendi, quo mirum in modum tenentur homines ad quos hæc Eſa. 5. cap. habẽtur: *væ qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis*, quæ verba præceſſerat commiſeratio ſenſim labẽtis ſtatus vineæ Dei, in qua, Eccleſia intelligitur: vineã enim, id eſt verbum ſuũ plantauit Deus in cordibus noſtris, & ideo ab operibus eam fructiferã vocat (ait D. Ambr. ſubiiciẽs.) Vinea illa fecit labruſcas, id eſt cùm deberet pop. Iudaicus Saluatorem tota fidei deuotione ſuſcipere, eum ſpinarum paſsione coronauit: Et quia Iudæi erant perituri extre-

In cap. 28. Deuteron.

In pſ. 36. & ſerm. 73.

móque ſupplicio erant deputandi, ne quis de illorum malignitate prouidentiam Dei culparet, adiecit, *quid vltra facere debui quod non feci,* quod etiam obſeruat D. Chriſoſt: ſunt autem (maioris explicationis gratia) huic loco inſerenda dicti Eſaiæ loci verba huiuſmodi. *Vinea Domini exercituũ, domus Iſraël eſt, & viri Iuda, eius germen delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiam, & ecce clamor.* Ad præfatæ autem maledictionis intelligentiam hæc faciũt eiuſdem loci verba: *Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? multæ grandes domus & pulchræ, erunt deſertæ & abſque habitatore,* quod intelligitur de morituris per peſtilentiam qui ſibi (quaſi perpetuò victuris) ſuperba & ampla parabant ædificia: quod dũ in momento, in ictu oculi completur, dici ſolet, *hæc mutatio dexteræ excelſi:* ſic peſtis illa eſt memorabilis quæ de populo Dauidis propter eius peccatum ſuſtulit 70000. hominum: Ea quoque per quã (vt ſcribit Euſeb.) Decij perſecutio finita comprobatur, quam, ab innumera multitudine hominum quam ſuſtulit, leoni famelico contulit Optatus Milleuitanus ſcribẽs ad Parmenianum de ſciſmate Donatiſtarum. Ea item quæ anno 590 à Chriſto nato poſt ingentem Tyberis inundationem exorta eſt, viſo in aëre Dracone cum multis ſerpentibus pertranſire vrbem & recidere in mare, quæ ferè omnes incolas Romæ deleuit, vt refert D. Greg. turonenſis. Quam iudicio diuino

Ho. 11. in Matth.

Pſal. 76. 2. reg. vlt. l. 6. hyſto. eccl. cap. 28. & 30.

l. 10. Ann. ca. 1.

diuino ad vlciſcendum hominum peccata immiſſam fuiſſe, vel ipſa quæ tunc hominum mentes excæcabant peccata docuiſſe ait. Circa ea enim tempora excreuit eouſque hæreticorum audacia vt (teſte præfato authore) quidã Gallus Bituricenſis nomine Epiſteus, impudenter prædicarit ſe Chriſtum eſſe, ac pro Chriſto adorandum. Et in Aphrica Arrianorum furor, qui antea propè extinctus fuerat, renouatus eſt, teſte eodem Greg. Tur. Iiſdem temporibus verbi diuini præcones, eouſque eccleſiæ Catholicæ hoſtibus ſubiacuerunt vt inuidiam, odia, contumelias ſedulò ſuſtinerent: quod vel vnius nomine Auguſtini exemplo patebit, qui cum iuxta Dorocæſtriam prædicaret, loci illius incolæ caudas Rariarũ eius veſtibus appenderũt: hinc autem eorum poſteri cum ipſis, caudas ſicut pecudes feruntur habuiſſe, vt teſtis eſt Guill. de Nangiaco: huic nõ longè diſſimilis ſequuta eſt perſecutionem Aphricanã ad eos delendos per quos perſecutio Catholicæ eccleſię viguerat, quam abundè deſcribit Victor Vticenſis: Ratio immiſſæ à Deo toties peſtilentiæ hæc eſt ex Gre gorio, rerum admirabilium effectore: quod à propria peſte non corrumpitur, corrumpi nõ poteſt: vitiũ autem hominis honeſtati & virtuti qua fulgere deberet, eſt contrarium: eſtque ab ipſo homine *ſub quo eſt appetitus ipſius, vt dominetur illius*, quẽ reliquit dominus Deus in manu conſilij ſui: itaque ſicut à proprio vi-

ibid. c. 15. *l. 5. c. 35.* *lib. 1. perſec. Aphric.* *Diſput. de anima.* *Gen. 4.*

tio plerunque ſit deterior, ita & eſt conſtitu-
tione corporis imbecilliore interdũ, propter
Io.5. peccatum dicente Chriſto Domino, *vade & noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat*:
ibid. vtque (ait idem Greg.) non ſunt aliæ corpo-
„ ris peſtes niſi debilitas, morbi, & ipſa mors,
„ cõtráque, vires, pulchritudo & vita, bona e-
„ iuſdem valetudo & ſtatus: ſic propriè animi
peſtes ſunt metus, intemperantia, inuidia, &
ſimilia: hinc verendum hac tempeſtate, ne in
noſtra Gallia multi vtraque animi & corporis
peſte laborent, vel ſaltem priore, quam facilè
& corporalis peſtis iudicio diuino ſequi ſo-
let: Ac ne inutiliter hæc à nobis cogitata di-
ctáque putentur, ſit nobis exemplo hoc quod
3.l. de ci. dei cap.17. apud D. Aug. narratur quod cùm Matronã-
rum nobilium Italicarum mores eſſent om-
ni peſtilentia grauiores, in ingenti ſtrage bel-
lorum Italicorum exorta eſt grauis mulierum
peſtilẽtia, per quam priuſquam maturos par-
tus ederent, grauidæ moriebantur, quæ peſti-
lentia ex eo oriebatur quod multi ex præpo-
tentibus, ædes ſacras multas vi occupatas pri-
uatim tenerent, vt ait ipſe Cicero in oratione
de Aruſpicum reſponſis: & Oroſius. Medite-
l.4. ſub.1. bellum cartag. tur hic Gallica gens, num peſtis eiuſmodi in ſe
irrepſerit quæ corporibus humanis talem aut
deteriorem cladem afferat. Idem D. Aug. 16.
c.31. refert in aphrica ingentem locuſtarũ mul
titudinem conſumpſiſſe omnes arbores, &
poſtea in mare deiectam, ac mortuam, reddi-

tam littoribus: Atque inde aëre corrupto tãtam peſtilentiam exortam, vt in ſolo regno Maſſiniſſæ, quod eſt iuxta carthaginẽ, 80000. hominum, & multo plures in terris proximis, & ex 30000. hominum qui Vticæ erant relicti in cuſtodiã Aphricæ, tãtum 10000. remanſerint: & malum commune fuit Romanorum quod in tanta peſtilentia corporis, animi peſtilentiam, id eſt ſcenicos ludos moribus intulerint: Quid autem agunt aliud Galli noſtri, dum ad hæreſim, vel atheiſmum pleriſquẽ familiarem, ſpectacula (cõciliis eccleſiaſticis plerũque prohibita) adeóque complura alia illicita adhibent? ait tamẽ B. Aug. Peſtilentia eſt morbus latè peruagatus, & omnes aut penè omnes inuoluens, ac pernicioſa doctrina, *cuius ſermo ſerpit vt cancer*: Cathedra peſtilentiæ eſt gloria vana: nemo enim ferè eſt qui careat amore dominandi & humanam non appetat gloriam: Sic Iuliano imperante peſtis graſſata eſt, quæ eius vitæ & moribus immanitate barbaris reſpondit, vt extat huius rei teſtimonium apud Sozom. ſic & popularis idémque peſtifer morbus, Iuſtiniano imperante vniuerſum orbem per annos 52. peruagatus, multas vrbes ciuibus variè exhauſit, refert Euagrius: quo tempore quomodo de Chriſto Domino ſentiret Iuſtinianus extat apud eundem, vbi legitur edictum ſcripſiſſe, quo aſſeruit corpus Domini non eſſe internecioni ac infirmitatibus naturalibus obnoxium: Dominabatur &

Ennarr. in pſ. 1.
2. tim. 2.
l. 6. hyſt. eccle. cap. 2.
l. 4. ca. 28.
ibid. ca. 38.

cap. 29. ei inexplebilis habendi cupiditas, vt extat ibidem, erat & in eodẽ in dando ſumma prodigalitas, in qua etſi in pios vſus tantùm æs ſuum profundebat, malè tamen id præſtabat, quòd non niſi vi extortũ à plebe ſua in hunc vſum conferret: quod vitium ſi in eo adeò diligenter obſeruauit hyſtoriographus quanto diligentiùs obſeruari oportet eorum profuſionẽ, qui quæ vi à populo, adeóque ab Eccleſia extorſerunt in malos & planè illicitos vſus conferẽnt: hactenus ergo de peſtilẽtia animæ quę eam quæ corporis eſt ingenerat. In qua ſicut mortem Iſraëli comminatus eſt Deus, ita & in fame languida eãdẽ comminatur his verbis: *Mittet Dominus ſuper te famem, & eſuriem propter adinuentiones tuas peſſimas,* id eſt propter peccata tua quæ ſunt à te. Nã dicitur Oſeæ 13. *perditio tua ex te Iſraël.* Eſt autẽ duplex fames ex D.

Ho. 54. in Gen. Chriſoſt. Vna animæ, altera corporis: vtriuſ-
» que propriam rationem ſic exponit: ſiqui in
» terrenis verſantur negotiis, & in colligendas
» opes inſaniunt, omnia ſuſcipiunt promptè fa-
» cienda & videntes ante occulos pericula ma-
» ris, Piratarum inſidias, & naufragia, nõ fran-
» guntur nec ſegniores fiunt, quãuis (quod plus
l. 1. Car. Od. 1. eſt) de fine nihil certi habeant, iuxta illud horatianum,

Luctantem Icareis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium & oppidi
Laudat rura ſui: mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.

Qualem nos habituri ſumus defenſionem ſi «
non omni ſtudio & alacritate accingamur ad «
virtutum ſtudia & agones propter æterna illa «
bona? Quare ita ingrati ſumus benefactori «
noſtro, & neque quæ iam donata ſunt verſa- «
mus animo, neque quæ promiſſa ſunt cogita- «
mus? ſed omnium obliti fruſtra quaſi pecudes «
vitam totam tranſigimus, animæ quidem nul- «
lam facientes curam, ventrem autem ſolum «
impinguantes, atque etiam propter hoc, cor- «
pori multùm nocentes: Etenim corpori ob «
voracitatem & immoderantiam multa para- «
mus incommoda, animam vero fame perire «
ſinimus, tametſi potẽtior ſit anima quã cor- «
pus, & illa ſublata hoc mortuum relinquatur.
Ideo igitur famem immittit Dominus quæ
nos ad reſipiſcentiam cogat, vt qui abundã-
tia bonorum gloriamur, eorundem penuria
humiliemur: ſic apud Samariam tanta eſt fa- *4. reg. 6.*
mes, vt duæ matres de comedendis ſuis filiis
conueniant: in iſta autem matrum cõtentio-
ne diu ac multis verbis eloquutus D. Auguſt. *Ser. 111. de*
vtriuſque matrum affectus, ſed eius præſertim *temp.*
cuius occiſus fuit filius, ait: creſcit quotidie "
famis pœna quia creſcit & culpa, perſeuerant "
flagella, quia & in populo perſeuerãt delicta. "
Hinc Paulus Diaconus & Procopius aiunt *l. 17.*
circa tempora Vigilij Papæ 61. tãtam famem *l. 3.*
per vniuerſum orbem, maximè per Liguriam
& Italiam fuiſſe, vt matres cogerentur veſci
carnibus liberorum propriorum, ſic fame ter-

minatur perſecutio Vuãdalica (ait VictorVticẽſis.) Ac(vt præter ea exempla famis memorandæ quæ in veteris Teſtamenti libris habẽtur, vtpotè Gen.20. & 26.de Abrahã & Iſaac, & Gen.41.in Ægypto & 2. Reg. 21.& 4. Reg. 6.& 7.cap.) recẽtiora proponamus. Cũ Byzãtiũ Seueri Romanorũ imperatoris tẽpore grauiter obſideretur, poſtquam cibus vſitatus Byzantinos defecit,coacti ſunt comedere pelles animalium maceratas: Quibus poſtea cõſũptis magna pars nauigauit obſeruatis procellis cæteríſque tẽpeſtatibus,vt nemo eis poſſet occurrere,idq;faciebãt,vt vel interirẽt,vel ſibi cõmeatũ cõpararẽt quod fecerunt in agris etiam:Qui verò manebant in vrbe, vt fuerunt debilitati cœperunt mutuo contra ſe conuerti,ſéque inter ſe comedere: hæc Veriphilinus Dionis abbreuiator,in Seuero.Sed & hoc legenti horrorem incutiet quod ſub imperio Maximini & Licinij perſecutorum eccleſiæ fames tanta fuit, vt vna tritici menſura 2500. Atticis venderetur, factum inde eſt vt per ciuitates infinita hominum multitudo fame moreretur,maior verò per vicos & agros peſtilẽti morbo. Alij igitur quæ chariſſima & pretioſiſſima haberent pro tenuiſſimo cibo ditioribusvendebãt:alij poſſeſſionibus ſuis paulatim diuenditis ad extremam inopiam redacti ſunt: quidam modicas graminis minutias mandẽtes & lethiferis herbis promiſcuè veſcentes valetudinem corruperunt: Nonnullæ

l.1.perſec. Aphric.

etiam per ciuitates nobiles fœminæ ad extremam inopiam redactæ, ad agros mendicandi gratia ſe receperunt. Et alij quidẽ viribus exhauſti velut exanimia ſimulachra, huc illuc vacillantes, nutantéſque & collabantes in mediis plateis procidebant, ſupiníque palmis extẽſis, vt ſibi pauxillum cibi porrigeretur ſuppliciter orabant, atque in extremis conſtituti, animámque agentes, eſurire ſe clamabant, ad hanc etiam vocem proferendam vix valentes: ſic igitur in medio foro & per angiportus, mortua ac nuda corpora pluribus diebus inhumata & proiecta, miſerabile viſentibus ſpectaculum exhibebant, cùm & canum cibi nõnulli fierent, ob eámque cauſam potiſſimùm aliqui caues interficerent, veriti ne rabidi facti ad vorandos & laniandos homines conuerterentur, hæc ex Euſebiana hyſtoria: Cur vero famem corporalem immittat Deus hęc eſt ratio præcipua ex D. Aug. & D. Ambr. quia fames, eſt amica virginitati & inimica laſciuiæ, ſaturitas vero caſtitatem prodit & nutrit illecebram, vt patet in Adamo & Eua, qui guſtato vetito cibo, ſe nudos erubeſcere cœperunt & laſciuiam carnis ſibi dominaturam ſenſerunt: ſed animæ quàm corporis longè deterior eſt fames, de qua ad pop. infidelem, vel à fide deficientem ait Dominus: Dabo vobis non famem panis neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermonem Domini, docens nos illam quidem famem corpus macerare, hanc verò

li.9. c.7. *Ser.77. de temp.* *Ser. 37.* *Amos 8.*

animæ languorem inferre, cuiuſmodi fames in adeò diram orbitatem iniicit homines, vt dicat de ea Dauid, *Iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius*: Atque hæc eſt fames qua laborarũt Iudæi captiui in Babylone. Reliqui dolores leuiores & vulgariores quos comminatur Deus hi ſunt: *Percutiet te Dominus febri, frigore, æſtu, ardore, aëre corrupto, ac rubigine*, quæ ſunt viſcerum pœnæ (ait Cartuſ.) vt per quæ quis peccat, per hæc & puniatur: ſequuntur autem hi dolores ex fame & reliquiis peſtis ait Cartuſ. ib. ſic corpus mollitie nimia voluptatum deliciis illectũ inficit animum, & debilitatum in ſe, etiam infirmitatis ſuæ ſocium habet animum: quod ſic declarat D. Chriſoſt. ex horto aliquo qui ventis & tempeſtatibus verberatur, ſume arbuſtum aliquod & pone in opaco & aquoſo loco & videbis quod multùm à fortitudine & dignitate ſua mutabitur, quã habuit in eo loco vnde conſtat eſſe tranſlatum: ita corpore molli reddito & delicato neceſſe eſt & animam participare corporis morbo, ſicut in chordis contingit: Cùm enim ſunt ipſi ſonitus molles & delicati, & non conuenienter extenti, etiam artis ratio deprauatur & cogitur vitio ſeruire chordarum: ſic etiam fit in corpore: Multas ab eo anima ſuſcipit læſiones, multas neceſſitates: quãdo enim multis opus habet ad ſui curationem anima, amarã ſuſtinet ſeruitutem. Harũ infirmitatũ vulgariorũ exẽpla ſuggerit nobis quotidia-

Pſal. 73.

Art 31. in Deuter.

Ho. 20. ad Hebr.

na experientia. Præſtat nos timore filiali conuerti ad Deum, quàm metu harum pœnarum ad Dei obſequium adigi, nam nec tale obſequium meritorium futurum eſt, vtpote cuius ratio in horrore inſtātis mali eſt poſita, quod nobis præſtet altiſſimus, vt hac vita ſic benè ac ſecurè acta, fœliciter ex ea decedentes & in Domino morientes, vitam viuamus æternam cum Beatis. Amen.

HOMILIA TERTIA.

Sit cœlum quod ſupra te eſt æneum, & terra quam calcas ferrea: Det Dominus imbrē terræ tuæ puluerem, & de cœlo deſcendat ſuper te cinis donec conteraris: Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos, & per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias & diſpergaris per omnia regna terræ: ſitque cadauer tuum in eſcam volatilibus cœli & beſtiis terræ, & non ſit qui abigat. Deuteron. 28.

SEMPER eſt obuiandum venienti morbo ſiue animi ſiue corporis, vt ſponte ac repētè nimis obrepenti, iuxta illud Eccleſiaſtici 18. *Ante languorem adhibe medicinam & ante iudicium interroga teipſum & in conſpectu Dei in-*

uenies propiciationem: Ante languorem humilia te & in tempore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam: Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces dei manet in æternum. Optima quidem infirmis medicamenta his verbis præſcribuntur,ſed inexpertis difficilia ad nauſeam vſque (ait Saluianus Maſsilienſis, quæ quibus mediis vnuſquiſque aſſumat dici non poteſt,niſi ſibi ipſi quiſque ſtimulum addat: quorum hic eſt ordo:primum, ante languorem corporalis medicina quærenda eſt,vt per ſobrietatem& cõgruens exercitium ſanitas comparãda, ſiquidem contrariis curantur contraria: ſecundũ, ante languorem ſpiritualem id eſt complacẽtiam in peccato,quærenda eſt humilitas.Tertium,vtriúſque obtinendi gratia orandum: Alioqui,ei qui caſto Dei metu non ducatur,imminent mala ſequentia,in quibus eorum quę ſuperiore Homilia poſita ſunt,deſcriptio continetur.

l.1.de proui. et iud.Dei.

Siccitas famem allatura
in ea bellum
& in bello ſepulturæ deſperatio.

Verborum aſſumptorum expoſitio hæc eſt. *ſit cœlum quod ſupra te eſt æneum*, id eſt ad modũ ęris ſiccum & clauſum, ita vt non procedat inde ros vel pluuia: *& terra ferrea*, i. cruda & ſicca & nullum ferens fructum, cuiuſmodi fuit ſub Helia: quæ verba apertiùs ſic explicat Cartuſianus,*cœlum ſit æneum*,id eſt nullam cõ-

art 31. in Deuter.

ſolationem aut fertilitatem ex cœleſtium corporum influentia ſortiaris, *& terra ferrea*, id eſt ſole aduſta, non compluta, infœcunda. D. Chriſoſt. accommodatè ad hæc verba ait: irã Dei vniuerſa creatura teſtatur, cùm creatura rationalis ſeſe Baal figmẽtíſque addixit: & D. Amb. digna pœna quæ intemperãtiam dignè coercet vt cœlũ impiis clauderetur qui terrena polluerãt. Cũ alioqui Deus nõ ita exceſcẽte hominũ malitia faciat, *ſolẽ ſuũ oriri ſuper iuſtos & iniuſtos, pluátque ſuper bonos & malos.* Obiiciat autẽ fortè quiſpiã, quorſum iſta maledictio in cœlo & terra? nũquid qui credit in Deũ & optimus quiſque eius cum peccatore obſtinato & indurato æquè eſt particeps. Reſpõdet D. Ambr. Quid verò illud quod cùm in omni terra eſſet fames maxima viduæ, tamẽ cura Deo nõ defuit atque ad alẽdã eã propheta directus eſt? Sic D. Aug. dicebat vt qui Deum per mala in terra exacerbarant, cœli clemẽtia & aëris commoditate carerẽt: hanc etiã ſiccitatẽ ſic exagerat D. Chriſoſt. Helias zelo Dei cõmotus Iudæam terrã ſiccitate ſentẽtia & pluuiarũ ſterilitate addixit: Tunc ſubitò anhelat terra, ſiccatur cœlum, ſitiunt omnes, fontes areſcunt, omnis humor ima petit, ſupera deſerit, aer feruet, ſerenitas torquet, tranquilitas pœna eſt, æſtuant noctes, dies areſcunt, ſata torrentur, arbuſta ægrotant, prata deficiunt, nemora languent, campi ieiunant, ſquallet terra, herbas quas produxit interimit, iram Dei vniuerſa creatura teſtatur, horrea

ſer. 2. de Helia

li. de. Helia & ieiu. c. 2.

Matth. 5.

l. de viduis. 3. re. 17.

2. li. de mir. ſa. ſcrip. c. 15

ſer. 2. de Helia.

» diuitum ſiniuntur, apothecæ ſceleſtorũ deficiunt, & capſæ iuſtorum non minuuntur, quia non poteſt par eſſe iudicium vbi diſpar eſſe conſtitit meritum, opulentos fames occidit & viduæ filios per Heliam Deus alit, ſic

l. 6. hyſt. eccl. c. 2. ſub finem. miræ ſiccitates Iuliano imperante diuinitus immittuntur, apud Sozom. ſic apud Niceph. *l. 13. c. 36.* Callixtũ præter ſiccitates alia admiranda pro- *l. 15. c. 10.* digia narrãtur ſub imperio Honorij & Arca- *Ho. 39. in 15. c. 1. cor.* dij, item & ſub imperio Marciani apud eundem: huic eidem ſententiæ conuenit hoc D.

» Chriſoſt. eſſe eos quorũ inexplebilis eſt auaritia ipſis mendicis miſeriores, vt puta grauiore & acerbiore malo detẽtos hinc iudicari poteſt quod ſiccitas quondã inuaſit regionẽ noſtrã, trepidabant velut in extremis, omnes Deum inuocabãt, videre erat quod eſt in Moyſe ſcriptum *cælum æreum redditum* & nihil iam quàm mortem deterrimam expectari: verùm aliter viſum eſt benigno Deo, pluuia quippe præter omnium expectationem largiſſima & immẽſa deſuper ruebat: itaque omnes iam gaudio exultare, feſtum celebrare, vt qui ab ipſo mortis limine reduces ſe putarent: in iſtis tãtis bonis, in communi omnium lætitia præopulẽtorum illorũ quiſpiam triſtis, teter, exanimis dolore circuibat: rogantibus multis cauſam doloris in cõmuni lætitia, reſpõdit, mille frumenti metra cùm domi poſſideam nõ reperio quî faciam auctionem, neſciens fortè hoc, *qui*

Prouerb. 11. *abſcondit frumenta execrabilis eſt omnibus*: ſic enim

in tẽpore afflictionis, egenus triumphat, exultat, diis gratias agit: diues vero qui tantũ poſſidet, indignatur ac ſe periiſſe putat: habet quoque noſter textus, *deſcendat de cœlo ſuper te cinis donec conteraris*, quod ad eandem maledictionẽ quæ in ſterilitate data eſt referri poteſt cõmodiſſimè, iuxta pœnas quas de cœlo pleriſque Deus inflixit, vt immittẽs pluuiam ſulphuream vel igneam Sodomitis (ait D. Aug.) Ægyptiis quoque in tranſitu maris rubri, Dathan Chore & Abyron: quinquagenariis euntibus ad comprehendum Heliã, vt ducatur ad Ochoziam, quanquã & Heliæ data eſt ignea pluuia ad conſumendũ eius holocauſtum: ex eo genere ſunt, Æſculapius apud B. Cyrillum Alexandrinum lib. 6. contra Iulianum, qui dũ inflatus ob ſcientiam & ſuperbiens ſe Deum nominaret & mortuos ſe ſuſcitare poſſe delirans imaginaretur, apud Epidauros fulmine ictus eſt, poënam illi digniſſimam Deo intentante, & per id quod patiebatur declarante ipſum nihil aliud eſſe omnino quàm terram ac puluerem: Olympius Arrianus Epiſcopus in Affrica in balneis Sanctiſſ. Trinitatem blaſphemans ignito triplici iaculo cœlitus demiſſo. Vt eſt apud Sigebertum in Chronicis, & Platinã: Anaſtaſius item Imperator optimus quidem ab initio, ſed poſtremò in ſectam Eutychianã delapſus, ex Volaterrano li. 25. & Sigeberto in Chronicis, & Zonara to. 3. Annaliũ. Ac ne ſibi quiſquam temere his planè con-

Quæſt. 27. in Num.
4. reg. 1 c.
3. reg. 18.
tom. 3.
In vita Anaſta. 2.

traria immitti appetat, vt pote exceſſum pluuiæ, & fruges extra tempus naturę accomodatum, ex ſequentibus, in his quoque Deum pœnas irrogare peccatoribus diſcat. Extat
l.9.c.45. apud D. Greg. Turon. hiſtoria memorabilis de inundatione & intemperie viſa ſub Guntranno & Childeberto regibus, de immenſa pluuia cum grandine viſa, ſemel poſt clauſum
„ paſcha, quę pluuia eouſque excreuit vt intra
„ duarum aut trium horarum ſpacium, etiã per
„ minores vallium meatus ingentia currere flu-
„ mina viderētur: Arbores in autumno florue-
„ runt & poma ſicut priùs dederant, ediderunt:
„ Menſe 9. roſę apparuerũt: flumina verò vltra
„ modum excreuerunt, ita vt excedentia littora,
„ loca quę nunquam contingere ſolita fuerãt, opperirent; non minimũ ſationibus inferentia damnum: cuiuſmodi caſu qui gaudeat parùm ſanę mentis eſſe videatur. Circa Iuliani Apoſtatæ in Illyrium aduentum ſimilia pro-
„ pè prodigia viſa ſunt, cùm primùm enim Illy-
„ rij fines ingrederetur, vites poſt vindemiam
„ circiter vergiliarum occaſum, vuis acerbis ac
„ minimè maturis onuſtę viſę ſunt, roſque cùm
„ in eius tum in comitum ſuorum veſtes ex aë-
„ re delapſus, ſingulis guttis ſignum crucis in
„ eos impreſsit: Quę res cùm viſę fuiſſent, non
„ ipſe ſolùm ſed & alij qui eum comitabantur,
„ vuas haud maturas intempeſtiuè apparentes
„ aliquid boni portendere exiſtimarunt: rorem
„ verò in modum crucis fortuitò demiſſum,

alij dicebant ex iis ſe colligere imperatorem declaratum immaturo ætatis ſuæ tempore, ac non diu imperaturum,& religionẽ Chriſtianã cœleſtem eſſe, quorum vtrumque euẽtus poſtea declarauit, hæc ex hyſtoria eccleſiaſtica Sozomeni: non igitur hoc neque illo euentu delectari Chriſtianum hominem decet, ſed in miſericordiæ & iuſtitiæ diuinæ rectitudine quieſcere. Hoc idem ſupplicium ſiccitatis ſpiritualiter intellectum commodè explicabitur per hæc verba Iob. 38. *quis eſt pater pluuiæ vel quis genuit ſtellas roris*, in quibus ſermo Dei & prædicatores, ex S. Greg. intelliguntur: ait enim ſuperna nobis prædicatio non de noſtro merito, ſed de Dei gratia generatur, dicẽte Dauide, *pluuiam uoluntariam ſegregabis hæreditati tuæ*, Moyſe item in cantico, *concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium:* ſtellæ autem roris ipſi ſancti prædicatores ſunt, qui arua pectoris noſtri inter mala vitæ præſentis gratia ſupernæ largitatis infundunt, de quorũ penuria ſunt hæc verba Deutero. 32. in expoſtulatione contumaciæ populi Dei: propterea prohitæ ſunt ſtellæ pluuiarum, & imber ſerotinus non fuit: verba autẽ quæ ad cõminationẽ belli, pertinẽt hæc ſũt: *Deſcendat ſuper te cinis donec conteraris*, ad quæ ſic ait Cartuſ. Sic habitacula tua comburantur ab hoſtibus, vt cinis ex vento per aërem volans, ſuper te ruat: Bellum autem immittatur à Deo ex D. Auguſt. quia non prælianur contra peccata. Clarior

lib. 5. c. 2.
L. 19. Moral. c. 10.
Pſ. 67.
Tom. 9. Serm. de Cataclíſmo

effectus mali bellici ſequitur, *tradat te Dominũ corruentem ante hoſtes tuos*. Quod expertus legitur Iſraël Ioſue 7. Vbi propter furtũ Achã, ex Iſraëlitico exercitu cõgredi incipiẽte cũ Aïnatis, 36. primo impetu interficiuntur, reliquis in fugam verſis, qua de re, fuſiùs Ioſephus. Sic mirabiles victorias cõſequut⁹ eſt Iſraël ſub Ioſue duce, cõtra gẽtes: ſic Abias cõtra Hieroboam: ſic Fuldiguinus comes, Alaricum Hyſpanorũ Regem qui, poſt Henricũ fratrẽ Gothis imperauit annis 12. in acie ſuperauit apud Pictauium, vt ait Ritius Neapolit. ſic Theodoricus Hyſpan. Rex primus huius nominis, dum pro Romanis aduerſus Attilam pugnaret Hunnorum Regẽ, in campis Catalaunicis interfecit. Sic non ſine iudicij diuini declaratione Iſdigerdes Perſarum Rex Perſide pellit Chriſtianos multis cladibus affectos, quos eoſdem eius filius Gororanes miſerè diuexat, ſtatim ac euectus eſt ad imperium, vt habet tripartita Hyſto. Caſsiodor. Sic Attila ab immanitate qua Chriſtianos perſequutus eſt, flagellum Dei cognominatus, cum 500000. Hunnorum vniuerſam ferè Eurõpam depopulatus eſt vt refert Blondus. Nec diſsimilis eſt ſuperioribus, expeditio ſuſcepta à Chriſtianis contra Turcam, in qua hoc mirum eſt quod narrat Fucherius Carnotẽſis, in hiſtoria rerum geſtarum ab anno 1095. ad annum 1124. in ea expeditione milites Chriſtianos inopia iumentorum ad ſarcinas ſuas, vſos fuiſſe veruecibus

l. 5. antiq. iud. cap. 1.
2. Para. 13.
l. 1. Regum Hyſpa. ibi.
lib. 10. c. 30
1. Dec. l. 2.

cibus, capris, ſuibus, arietibus, interdum etiam equitaſſe bobus: narrat & ibi. Die quo expugnata eſt Hieroſolyma Solem retroceſsiſſe aliquot gradibus. Sed & haud longè ab hac hyſtoria differt quod narrat Zonaras, occiduorum Chriſtianorum profectionem in orientem cœlitus ſignificatam infinita multitudine locuſtarum orta ab occidente, quæ tanta fuit, vt inter volandum nubibus æquipararetur & ſolem obumbraret: Atque hæc de bellis contra externum hoſtem: de iis autem quę cōtra domeſticū, & ciuem proprium ſuſcipiuntur, ſit D. Aug. teſtimonium in Romanis ex illa deuaſtatione Italiæ quæ cōtigit ſub Lucio Saturnino, Iulio Cæſare, Seruilio Prætore & M. Druſo. diuerſis temporibus, tū & ſub effrenatæ audaciæ ſeruis, à quibus ſeruile bellum dictum eſt, vt in Sicilia ab Euno ſeruo qui ſibi 60000. hominū adiunxit, Prętores 4. vicit, & caſtra aduerſaria cœpit: poſtea à Cleone Silice qui non minorem vaſtitatem Italiæ attulit: extat & apud D. Greg. Turon. inſigne exemplū ſeditionis ciuilis, quippe inter ciues Tornacenſes ob libidinem orta, vbi & interfecti iuſſu Fredegundis commemorātur. Atque ad hæc plurimùm faciet hæc periculorum bellicorum declaratio ex Polybio: Quemadmodū ſi quis (ait) ſyluam ſemel « ſuccenderit, non ampliùs ad ipſius arbitrium « fertur incendium, ſed depaſcitur quicquid de- « prehenderit, ventíſque regitur, & ſubiectæ « ſylue conſumptione, ac ſæpenúmero ipſum «

Zonaras to. 3. Annaliū.

3. li. de ciuit. Dei ca. 26.

li. 10. Annaliū c. 26.

li. 10 Hyſt.

„ inceſſorem cum primis prȩter expectationem
„ corripit:ad eum modum & bellum ſi ſemel à
„ nonnullis excitatum exarſerit,tum quidem il-
„ los primùm perdit,poſtea verò fertur iniuſtè,
„ ſingula quȩ incidunt perdens, agitatum te-
meritate,& ab ignorantia accedentium velu-
ti à ventis inflatum. Denique vt paucis ruinas
ex bellis ciuilibus per peccata noſtra impen-
dentes exprimamus, expēdamus hæc D.Hie-
ron.de iis loquentis: noſtris peccatis Barbari
fortes ſūt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur
» exercitus: & quaſi non ſufficerent hæc cladi-
» bus,plus penè bella ciuilia quàm hoſtilis mu-
» cro conſumpſit: hȩc autem ex eo ſunt, quòd
nolimus bellum ſpirituale gerere contra vi-
tia,per quȩ(ex D.Aug.)bellum nobis indici-
tur, in quo eniteſcamus pugnādo vt ad plenā
pacem triumphando perueniamus: ſic enim
ad hominem in ea pugna cōſtitutum ait Aug.
Non contra vnum dimicabis,multi enim cō-
tra te exient aduerſarij: pugnabis enim cū vi-
„ tiis:ſiquidem ſi depreſſeris auaritiam, exurget
„ libido, ſi libidinem ſuperabis ſuccedet ambi-
„ tio,& ſi ambitio à te fuerit deuicta, ira, zelus,
„ ȩmulatio,inuidentia,ſuperbia, ebrioſitas cum
„ cȩteris ſuis peſtiferis ſociis in vnum contra te
dimicātia conſtituent caſtra:ſed non metuas,
habes quod agas,inuoca Dominum virtutum
induat te ex alto virtute vt illam proferas
vocem, *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non time-
bit cor meum, & ſi exurgat in me prælium, in hoc ego*

Epiſtola ad Heliodorū.

Serm.de cataclyſmo. c.1.

ibi.c.2.

Pſal.26.

ſperabo,in illo inquam domino virtutum,qui "
militem ſuum ita expectat dimicantem,vt ad- "
iuuet laborantem. Sic Abraham diuino fultus auxilio 4.Reges vicit, ſic contra Angelum diuturna lucta laborauit Iacob vt victor euaderet,indéque Iſraël, id eſt fortis dici meruit, quãquã poſt pugnã claudicans, futuros ſemper è Iudaïco pop.qui à fide decederent, prę- figurauit ſecũdũ Proſp. Aquitanicũ. Sic præ- *1.p.præd.*
ſente Clodoueo Gallorũ rege cum ſuo exer- *c.24.*
citu,ruunt ſponte muri Angoliſmenſes, Deo *Chron.*
in illo renouante inſignẽ illam quam de Hie- *Fran.*
rechuntinis retulit Ioſue victoriam: Atque hi ſunt fructus quos percipiunt qui Dei ſummi ductu aduerſus mundum, carnem, & dæmonia, fœliciter præliantur,quæ pręmia ſunt tẽporalia,nihil derogantia fœlicitati æternæ ſeu coronæ iuſtitiæ,quam retribuet illis in illa die iuſtus iudex. Tertia comminatio in his verbis potiſſimùm poſita eſt. *Sit cadauer tuum in eſcam volatilibus cœli & beſtiis terræ, & non ſit qui abigat:* quæ non tantùm in cadaueribus mortuorum adimpleta, ſed & in viuentium,adeóque benè cõſtitutorum corporibus comprobata legitur &per feras &per homines.Per hos quidem primum vt habet.D.Aug.per Mithrida- *3.de.ci.d.c.*
tem ſextum,omnes Romanos qui in Aſia de- *22.*
gebant iuſſos occidi. Ibidem autem hæc etiã *c.23.*
habet,antequam aduerſus Romam ſociale la- "
tium ſe commoueret, cuncta animalia huma- "
nis vſibus ſubdita,Canes,Aſini,equi,boues & "

" quæcunque alia pecora ſub hominum domi-
" nio, fuerunt, ſubitò efferata,& domeſticæ le-
" nitatis oblita,relictis tectis libera vagabantur,
" & omnem non ſolùm aliorum, verumetiam
" dominorum auerſabantur acceſſum, non ſine
exitio vel periculo audẽtis ſi quis de proximo
vrgeret: ad hæc etiam faciet inſtitutionis roga
tionum circa feſtum Aſcenſ. Domini, cauſa
L.2.c.34. ex D.Greg. Turo. quod Viennæ aſsiduus ter-
ræmotus contingeret, Lupique ac aliæ feræ
ſylueſtrés vrbem ingredientes homines deuo-
rarent, hinc enim rogationes & ſupplicatio-
nes imperauit Mamercus Viennenſis Epiſco-
pus: Ac ſi ad hęc, priuatorum exempla ſint ad-
iungenda, vir Dei qui venit de Iuda & nuncia-
3. Reg. 13. uit Ieroboamo ſucceſsionem officiorum ſa-
cerdotum eius, occiditur à leone eo quòd cõ-
tra imperium Domini comederat panem in
4. Reg. 9. domo cuiuſdã pſeudoprophetæ: ſic Ieſabe-
lis cadauer equorum pedibus calcatum, à ca-
4. Reg. 2. nibus dilaniatum legitur: & pueri Eliſeũ Pro-
phetam, caluum eludentes à duobus vrſis la-
cerantur. Et in communi perſecutionis Dio-
Platina in vita Marcellini. cletiani & Maximiani malo, Marcellino ſum-
mo Pontifice, hominũ vtriúſque ſexus 17000.
cadauera ad 36. diem inſepulta manẽr: Ac ve-
rè in ſepultura vt eſt aliqua hominis cõmen-
datio, hoc vel ipſis Ethnicorum comproban-
tibus hiſtoriis, ita in ſepulturæ priuatione ali-
quam eſſe iræ & vltionis diuinæ ſignificatio-
Gene. 23. nem, non eſt dubium: ſic enim & circa Saræ

vxoris ſuæ ſepulturam, Abraham occupatur: Iſaac & Iſmaël circa ſepulturam Abrahæ: Rachelem ſepelit Iacob. & Dauid viris Iabes Galaad, quod ſepelierint Saülis & Ionathæ corpora gratias agit: ſic Iudas Machabę' prçliatus contra Gorgiam, proſtratorum corpora tolli & cum parentibus ſepeliri iubet: Maximè ſolicitus eſt Tobias de mortuorum ſepultura: Ioannem Bapt. ſepeliunt diſcipuli ſicut Stephanum viri timorati: Contrà verò in perpetuę ignominiæ ſignum ſepultura Regia priuatus legitur Ozias, ſepultus tantùm in agro regalium ſepulchrorum, ob lepram qua viuens percuſſus fuerat. Sic apud Alexandrũ ab Alexandro Tyranni aut inhoneſtè mortui inſepulti abiici obſeruantur. Et ſiccitas famẽ efficiens & bellum immanitate ſiue ciuili ſiue hoſtili & externa, plenum horrorem obdurato peccatori afferre ac timorem vel ſeruilem incutere debet, & quod omniũ maximè ignominioſum eſt, pertimeſcenda poſt mortem ſepulturæ priuatio, quibus ſicut mandatorum ſuorum ac ceremoniarum negligentes obſeruatores, aut cõtemptores plectit Deus, Opt. Max. Ita ſuis mãdatis inſiſtẽtes vtrũque Chriſti Domini aduentum memoria repetentes, ſed maximè nunc primùm quo incarnatus eſt, vt nobis quaſi fratribus aſsimilaretur: atque ex feruenti eius memoria recolẽdi deſiderio peccandi occaſionem declinantes, diuexari non ſinet: ſed fœliciter viuentes ſub eius timore ad

Gen. 25. *Gen. 35.* *2. Regũ 2.* *2. Mac. 12* *Tob. 4.* *Act. 7.* *2 Par. 26.* *l. 6. cap. 14.*

eam vocabit gloriam, cuius retribuendę gratia venit eius filius D.N. Ieſus Chriſtus qui cũ Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat per infinita ſecula, Amen.

HOMILIA QVARTA.

Percutiat te Dominus vlcere Aegypti & partem corporis per quam ſtercora egerũtur, ſcabie quoque & prurigine, ita vt curari nequeas. Percutiat te Dominus amẽtia, cœcitate, & furore mentis, vt palpes in meridie ſicut palpare ſolet cœcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.

COMMESSATORI grata eſſe non poteſt ea domus quę luctu funeſta eſt, ex eáq;, nihil vnquã hilaritatis efferret, cũ tamẽ melius ſit, *intrare in domum luctus quã in domum gaudij*. Verè (ait Clem. Alex.) oporteret tales in tota vita videri & fingi eos qui Chriſto initiantur: nunc autem neſcio quomodo vnà cum locis habitum & mores mutant, non ſecus ac Polypos dicunt, petris quibus adhæreſcunt aſsimilatos, videri quoque colore eſſe tales: quibus plurimùm conſulit Deus, cùm temporalia adeóque frequentia immittit tormẽta, quibus à ſeculi delectatio-

Eccleſiſt.7. l 3. pædag. cap.11.

ne ad Dei contemplationem abducantur. Verè quidem vt ferula(teſte Plinio libro 24.capite1.)ſolis Aſinis eſt pabulum, cæteris verò animantibus quaſi venenum, ita ſæpe quod alios offendit aliis eſt voluptati. Sed non tam quid nunc hominem delectet ſpectandum eſt quàm quid eum ad æternam lætitiam poſſit perducere: ideo Iſraëlem frequentibus plagis afflixit Deus, *mittens in eos irã indignationis ſuæ, indignationem iram & tribulationẽ immiſſiones per Angelos malos*, ad quę verba hęc habet D. Aug. *Pſal.77.*
" eſſe Diabolum & Angelos eius tam malos vt
" eis ignis præpararetur æternus, nullus fidelis
" ignorat: iis tamen Deus ſumma iuſtitia ſua be-
" nè vtitur, quos fecit quantum ad ſuam ſubſtã-
tiam, non quantum ad ſuam malitiam. Non mirum ergo ſi iis vtatur ad puniendos malos vt Achab quem fallaciæ ſpiritus ſeduxit, vt in bello caderet, verumetiam ad probandos bonos vt Iob, cui Deus cõcedit vti elementis, & creatis quibuſque ad bonorum etiam probationem: vnde Iob. 1. *Deus dedit, abſtulit, ſit nomẽ domini benedictum*, nõ ait autem, Diabolus abſtulit: ſic per Angelos malos Deus inflixit plagas Ægyptiis, & Angeli mali, ſimilia fecerunt in Magis Pharaonis, hinc fallentes, inde affligentes ſecundùm iudicium & diſpenſationem Dei, iuſtè vtentis etiã iniquorum malitia, ſed & malis Sodomitis per bonos Angelos pœnas irrogauit: ſimiliter in populum Iſraël degenerãtem à pietate maiorum ſuorum ac pla- *3.Reg. vlt.* *Gen.19.*

nè mandata & ceremonias legis negligentem, ſe vlturum comminatur Deus:

In { Corporis
Et animæ infirmitate
Et tarditate vtramque conſequutura.

De vlcere Ægypti cuius afflictionem ſe immiſſurum comminatur Deus hęc prædixerat.
Exod. 9. *Erunt in hominibus vlcera & veſicæ turgentes in vniuerſa terra Aegypti*, & pòſt facta ſunt vlcera veſicarum turgentiũ in hominibus & iumentis, nec poterant malefici ſtare coram Moyſe, propter vulnera quæ in illis erant: & in omni terra Ægypti: Sciendum autem Deum morbos interdum ob peccata immittere, eóſque interdũ ſanabiles, interdũ inſanabiles: nõnunquã verò ad probãdã virtutẽ: ob peccatũ quidẽ percutitur Aſa infirmitate pedũ: Ezechias,
2. Par. 16.
4. Reg. 19. immemor beneficij diuini in percuſſo exercitu Sennacherib à quo obſidebatur: Dauid in
3. Reg. 1. pœnam abſciſſæ oræ veſtis Saül, extremo frigore in ſenectute: Paralyticus cui Ioa. 5. dictũ eſt *Noli ampliùs peccare, ne quid tibi deterius contingat*: & Corinthius fornicator qui *traditur*
1. Cor. 15. *Sathanæ in interitum carnis vt eius ſpiritus ſit ſaluus in die D.N. Ieſu Chriſti*: Præſentis autem cõmi-
Art. 18. in eo. nationis ratio eſt ex Cat. quod dum iniqui
« emendari dedignantur per exterioris ablatio-
« nem ſubſtãtiæ, merentur in propriis perſonis
« atque corporibus tangi, lędi, & cruciari: quod ex affinitate peccatorum & pœnarum in aſ-

ſumpto textu Exodi ſic declarat idem author. Per vlcera(inquit) ſpecialiter ſignificatur prauarum cogitationum collectio ad impia facta « inclinans , ſéque erigens , & per ſigna de- « monſtrans: vlcus enim cauſatur ex aggeratio- « ne humorum peccantium, ob quorum abun- « dantiam gignitur tumor: Per veſicas turgen- « tes, intelliguntur indiſpoſitiones interiores, « culpabiles ac pœnales, quæ ex gula præſertim « & potus immoderantia naſcuntur: per vulne- « ra aperta, opera vitioſa: per incenſiones viſce- « rum, inflammationes iræ, impatiẽtiiæ, ndigna- « tionis: Omnibus iſtis vitiis permittit iuſtus & « ſanctus Deus ſauciari ac perire iniquos. quorũ « omnia interiora ſunt inordinata, & ſibimetipſis frequẽter ſunt graues quia iniquus(ex propheta) *eſt quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt*. Hac plaga percuſſi leguntur & Azotij donec Arcam Teſtamenti in Iſraël trãſmiſerint: hoc tormentum etiam ſenſiſſe legitur Antiochus cùm Perſepolim ingreſſus eſſet templũ ſpoliaturus & ciuitatem oppreſſurus. Maximinus apud Euſe. in hiſtoria Eccle. Herodes act. 12. Hunerichus Vuãdalorũ Rex, apud Victo. Vtic. Immitti autem & morbos probandæ virtutis gratia, pateat ex Iob 33. Quod viſitat Deus in tribulatione homines vt reuocet animas eorum à corruptione & illuminet luce viuentium. Sic Benjamin Monachus qui (vt docet Sozo. hiſtoria) varios languores hominum curare cõſueuerat ſola manus tactio-

Iſa. 57.
1. Reg. 5.
2. Mac. 9.
L. 8. c. 28.
L. 3. perſe. Aphric.
l. 6. c. 19.

BIBLIOTECA ... ROMA

„ ne aut oleo ſupra quod orabat, in intercutem „ delapſus, ita corpore intumuit, vt per fores „ domus in qua ætatẽ degebat efferri non poſ- „ ſet, cùm ſeipſum curare non poſſet, eos qui ip- „ ſum viſebant orauit, vt pro anima ſua Deo „ preces funderent, de corpore autem nihil la- „ borarent: Quandoquidem (inquit) cùm rectè „ valeret corpus meum nihil me iuuit, & cùm iam affligatur nihil lædit: hinc fortè motus eſt D. Aug. ad commonendum amicum in infir- mitate corporis iacentem his verbis: Tu (cha- „ re mi) ad modicum migraturus de mundo tã- „ tam & tam ineffabilem domini Dei tui beni- „ gnitatem ne ſpernas, flagellum ipſius gauden- „ ter ſuſcipe: flagellat in te quod neſcis, nec in- „ iuſtè: iuſta enim ſunt ipſius iudicia: morbus „ hic corporis, medicina ſpiritualis eſt: porrò „ recogita quod morbus tuus, vt aiunt me- „ dici, eſt incurabilis, & tecum reuolue quoniã ſi „ contra Deum præſumpſeris murmurare, & „ morbum velis, nolis, ſuſtinebis: nec murmu- „ rando ſanaberis, imò anima debilitaberis, dũ „ cõtra Deum tuum, patrẽ tuũ exclamas medicũ „ tuum, magiſtrum tuum manſuetiſſimum & „ tranquiliſſimum, in ipſo flagello pacatiſſimũ, „ qui nunquam iratus eſt. Vult igitur Deus & animam & corpus ſanari, ſed vt huic immiſit morbum propter illius peccatum, ita eorum quæ ad peccati expiationem faciũt nihil eum omittere oportet qui velit curari in corpore. Ideo (ex Origine) quia Deus creatã à ſe ho-

To. 9. li. 1. de viſit. infir. c. 26.

Ho. 1. in pſ. 37.

minis animam ſciebat vitiorum fore capacem "
& proinde ſubditam ac oneratam peccatis, ſi- "
cut corpori medicamēta præparauit ex her- "
bis arte diſciplináque compoſitis, ita etiam a- "
nimæ medicamēta præparauit ex iis ſermoni- "
bus, quos per diuinas ſcripturas ſeminauit at- "
que diſperſit, vt hi qui aliqua ægritudine fue- "
rint oppreſſi, ſtatim vt vim morbi ſenſerint "
atque alicuius vulneris ſtimulū doloremque "
perſpexerint, id eſt cùm viderint animā præ- "
ter naturam aliquid gerentem, requirant aptā "
& conuenientem ſibi rationabilem diſcipli- "
nam, quæ eis ex præceptis Dei poſſit mederi. "
Satisfaciendū ergo homini pro peccato quod admiſerit, vt liberetur morbo corporis, quem Deus ob peccatum immiſerit: hæc eadem plaga, etiam animæ ſecundum ſuum modum infligitur, ac his verbis contextus aſſumpti deſignatur. *Percutiat te Dominus amentia, cæcitate, ac furore mentis*: effectus huius maledictionis eſt ſine ratione, ſiue cum animi infirmitate & cordis ſtupore cuncta agere: quod quomodo per totum vitæ tempus fieri contingat (docet D. Chriſoſt.) Nam de pueritia primùm adeôque de iuuentute hæc ait. Saltat virgo in commu- *Ho. 13. in 4. c. 1. Cor.*
ni incontinentium iuuenum ſpectaculo tur- "
piter, & non videtur tibi ſcorto contemptibi- "
lior: quod ſi dicis, Ancillæ hęc faciunt, nec hac "
excuſatione te abſoluam, neque enim his id "
permitti oportet, ab his enim omnia oriun- "
tur, quod familiæ nullam facimus rationem,

ſed nobis ſatis eſſe videtur cõtemptim dicere, ſeruus eſt, ancilla eſt. Atque cùm ſingulis diebus audiamus: *in Chriſto Ieſu, nemo ſeruus eſt, nemo liber*, tu neque equum neque mulum contemnis, ſed omnia facis ne vitioſi euadant, ſeruos autem eiuſdem tecũ naturę deſpicis, filios & filias: Ac neceſſe eſt vt dolores mox exoriãtur, cùm omnes corrupti fuerint: ſæpè autẽ maxima damna proueniunt in multitudine & tumultu magna pecuniarum vi erogata: poſt nuptias præterea ſi quando naſcatur filius, hoc item in loco eandem viderimus amentiam & multa ridicula: ſi quidem cùm nomẽ filio imponendum ſit, omiſſa ſanctorum appellatione, quemadmodum faciebãt maiores accenſis lucernis & iis nominibus impoſitis quæ plurimùm durauerint, huius vel illius nomine filium appellãt, hinc eum diuturniùs victurum coniectati: Deinde cùm nonnunquam accidat vt immatura morte præueniatur (accidit enim ſæpè) multo id Diabolus riſu proſequitur quod tãquam inſipientes pueros, eos deluſit quod ſi quis dixerit quæ circumponuntur ornamenta & bractea manibus pendentia, & coccineum ſtramen, & alia omnis ſtultitię plena: Verũ puero nihil aliud afferri oporteret quàm crucis cuſtodiam quæ in præſenti contemnitur. In his tamen vanitatibus quæ puero alligantur, pueri incolumitatem ſeruare creduntur. Adulti præterea vnguento ſeſe linunt: Deus ſpirituali vnguẽ-

to te honorauit & tu corporali vnguento te «
inquinas. Deus te honorauit, & tu teipſum «
dehonoras: oporteret vt fronti crucem in- «
ſcriberes quæ tibi certiſſimam inſcriberet can- «
tionem: ac ſi memorandæ ſunt cæteræ Sa- «
thanæ obſeruationes in partubus & dolori- «
bus, quid in morte & ſingulorum funeribus «
vlulatus & ſtultos gemitus dicam? quid in ſe- «
pulturis dementiam? quid circa monumen- «
ta ſtudium intempeſtiuum & ridiculum? quid «
plorantium mulierum examen? dierum in- «
greſſus & egreſſus obſeruantiam? horum tu «
quæſo gloriam venaris? ſi homines nos lau- «
dibus proſequuntur, nullam inde accipimus «
vtilitatem, Deus autẽ ſi noſtra opera accipiat «
& in hac vita claros, & in die venturo arcanorum bonorum nos participes faciet. His ergo communibus & vſitatis ætatum omniũ humanarum vitiis locum habentibus, iuſto Dei iudicio fieri putandum eſt vt his corporis & animi doloribus humanum genus vt plurimũ ſubiaceat, dicente Fulgentio, benignitas Dei ad pœnitentiam nos adducit, ideo nos tribu- *Epiſt. 7. ad venãtiam. cap. 11.*
lationibus affligit, infirmitatibus corripit, anguſtiis erudit, vt qui in ſanitate corporis peccauimus in infirmitate à peccatis abſtinere di- «
ſcamus: qui in lætitia miſericordiam Dei cõ- «
tempſimus, correpti flagello triſtitiæ, & iuſti- «
tiam ipſius formidemus: magis erga nos dile- «
ctionem Dei flagellis & corruptionibus teſtatur ſancta ſcriptura oſtendi: dicit enim, *fili ne* *Prouer. 3.*

deficias in diſciplina Domini neque fatigeris cùm ab eo increparis, quem enim diligit Dominus corripit,
Heb.12. *flagellat autem omnem filiũ quem recipit,* denique vt quæ ad hanc maledictionẽ ſpectãt ſumma-
1.Reg.7 tim dicamus, amentię eſt non præcauere futura mala, eáque verè videtur laboraſſe Heli, nec à ſe nec à liberis ſuis Dei maledictionem
3.Reg. 12. auertere vnquam enixus: Roboam item ſui regni diuiſionem intuitus: Manaſſes impius
4.Reg.21. idolis erectis, templo contaminato, filiis in ſacrificio, genti diis gentium immolatis, & ciuitate Hieruſalem innocentum ſanguine repleta, ac prophetarũ ſpretis vaticiniis Holofer-
Iudith.4. nes à Iudith in ſomno interceptus & trunca-
Dan.4. tus. Nabuchodonoſor etiam Dei indignationem mirabiliter expertus, eouſq; vt hodie cuiuis principi Deum aſpernanti exemplo facilè eſſe poſsit: Malum autem etiam præſens non præcauere, vel cùm adeſt nõ poſſe diſcernere, verè eſt cœcitatis mentis, quia inde ſequitur interitus ex hoc Pſ. 48. *ſimul inſipiens & ſtul-*
In 16.c.pro. *tus peribunt*: hinc D. Hiero. ad hæc verba Salomonis *vir inſipiens fodit malum & in labiis eius ignis ardeſcit*, inſipientem intelligit Hæreticum qui pertrahit ſcripturam ad ſibi placentem ſenſum, atque cùm omni quidem obdurato peccatori, ſed maximè Hæretico hanc mentis cęcitatem ad mala ingruentia minimè declinanda immitti ait, vt per hanc cæcitatem tacitè admoneatur admiſſi peccati: atque hæc eſt comminatio quæ in his noſtri contextus

verbis intelligitur, *Palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris*. In his quoque verbis intelligitur tarditas hominis, infirmitatem exiſtentem in eius mente concomitans, & infirmitatem quæ eſt in corpore, ſed clariùs intelligitur in his ſequentibus, *& non dignas vias tuas*, quam etſi non puniri iudicio humano certum eſt, vltionis tamē cauſa à Deo immitti certiſſimũ eſt in Stepha. Equite Neapolitano qui cũ poculo amatorio inſaniiſſet, tenerétq; oppida & regia officia ab Alphonſo Aragonum rege tradita, fuerunt qui ab Alphonſo illa bona poſtularent, abſurdum eſſe dicentes à demente huiuſmodi bona poſſideri: quibus Rex reſpondit ſibi inhumaniſsimũ videri, iis ſe etiam ſubſtantiá aufferre, quibus ſors mentem & cerebrum abſtuliſſet, innuens calamitatem calamitati nõ eſſe adiungendam: hunc verò caſum furoris aliquando ex morbo quaſi mediante, interdum autem & ſine morbo eſſe videmus: mediante quidem morbo, Thraſillus Aexoneus vt refert Aelianus habitans in piræo vrbe ſua relicta, omnes naues quæ ſubducebantur ſuas eſſe putabat & in album ſuũ referebat. Et ſi quæ ſaluæ in portum ingrederentur ſupra modum gaudebat, diu autem hic eum agitauit morbus: ſed per fratrem medico traditus eſt vt ſanaretur & ſic eum reliquit vecordia: ſæpè autem in mentionem ſui morbi incidens, ſe nunquam cumulatius gaudium percepiſſe dicebat, quàm cùm vidiſſet naues

Panormit. l. 4. de rebus geſtis Alphonſi.

l. 4. de varia hyſto.

L.1.c.8. ſeruari quæ tamen ad ſe nihil pertinerent. Sic Valer.Max. refert quendam virùm eruditiſſimum cùm ictum lapidis capite excepiſſet, literarum tantummodo, quibus diſcendis pręcipuè inuigilarat, oblitum eſſe,ac cætera omnia tenaciſſima memoria retinuiſſe. Sine morbo autem inſania percuſſum Iuſtinum minorem Rom. Imperatorem teſtis eſt Volaterra-

L.13. Anthropolog. nus, hic enim (inquit) cùm ab initio liberalis eſſet à Sophia coniuge perſuaſus, auariſsimus euaſit, ſimul & Pelagianæ hæreſeos aſſertor, vnde ferè inſanus ad poſtremum eſt habitus: Michaëlem item imperatorem ait Sigebertus adeo mente exceſſiſſe vt ſuos iuberet occidi,quos tamen ad ſe rediens ſibi præſentari exigebat. Quod & ſi literaliter explicãdum videatur, tritum eſt exercitus Syriæ Heliſei,

4.Reg.6. precibus excæcati exemplum: ſenſu autẽ ſpirituali innoteſcet in diuitibus qui diuitiis vti neſciunt,ideóque quo plus iis cumulandis inhiant eo ſemper pauperiores cenſentur, pauperes (inquam) fide,quippe ponẽtes ſpem *non in Deo ſuo ſed in multitudine diuitiarum ſuarum*,

Catech.5. de iis enim ſic loquitur D.Cyril.Hieroſo.magnũ quiddã eſt uir fidelis, omníque diuite ditior:fidelis enim viri eſt vniuerſus mundus diuitiarum,qui poſſit contemnere ipſas & conculcare: Nam qui ad apparẽtiam diuites ſunt multáque poſſident, in anima pauperes ſunt: Quanto enim plura congregant, tanto magis eorum quę deſunt concupiſcentia tabeſcunt: fidelis

fidelis autem vir,quod eſt maximè Paradoxō, "
in paupertate diues eſt,ſciens enim quod tantùm habere neceſſe eſt quibus tegamur & veſcamur, his contētus ſpernit diuitias:innoteſcet quoque idem in nobilibus qui(vt Saluianus ait)vitio quotidiano ſuam dehoneſtant nobilitatem, nolentes ad hæc Chriſti Domini verba aures arrigere quibus nos vocat, dicens, *venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis& ego reficiam vos*,quæ (ex D. Baſi.) Dei ſunt verba, in quibus ſiue vitæ huius in qua nunc ſumus, ſiue conſequētis refectio ſignificetur,planum eſt ea hortari nos,vt depoſita ſuperuacanearum rerum ſarcina eáque in egentes diſtributa, peccata confeſſuri & crucem Chriſti geſtaturi ad ſolitariam vitam accedamus:quod,ſi qui nobiles pręſtare renuāt, attendant D.Aug.dicentem: erubeſcunt forſitan nobiles in hoc mundo,ſanctorum contrectare veſtigia, quia hoc natalium prærogatiua non patitur:mala nobilitas quæ ſe per ſuperbiam apud Deum reddit ignobilem.In viris quoque doctis.quos comitantur ambitionis vana deſideria, per quam praua confingūt dogmata&ſectas,quibus vt pietatē&ſāctitatē prætexant ſe Deos vel Angelos vel à Deo cōmoneri mētiuntur,eiuſmodi fuit in 6.Cōſtantinop.ſynodo Polychronius iactitans ſe in fidei ſuæ proteſtatione publica, corā omnibus ſuſcitaturum mortuum: ſimile apud ciuitatē Geneuam præſtiturum ſe iactitauit Caluinus

Matt.11.
Serm.de ab dic.rerum.
Serm.127. de temp.

anno à Chriſto nato 1538. quod tamen fruſtrà ac ſumma cum ignominia tentauit: huius hæreticæ præſumptionis mentionẽ facit in omnibus fere Hereſiarchis Eccl. hyſt. Hæc mala animis & corporibus humanis ab obduratione impendentia qui accuratiùs cum eorundẽ cauſis repetet, ſtatim iudicabit ſatius eſſe ſeruire Deo in timore & apprehendere eius diſciplinam, admirari bonitatẽ incarnati Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſdem nos conſeruantis clementiam & miſericordiam, iudicaturi denique, iuſtitiã ſuſpicere, quam in exiguo ætatis fragilis tempore ærumnas iudeſinẽtes perferre: & perpetuis poſt hanc vitã pœnis, torqueri: à quib⁹ vtriſque pœnis nos liberare dignetur qui propter nos incarnari dignatus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſt. cum Patre & Spirituſancto viuens in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA QVINTA.

Omni tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias & alius dormiat cum ea: domum ædifices & non habites in ea: plantes vineam & non vindemies eam: Bos tuus immoletur coram te & non comedas ex eo: Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo & non reddatur tibi: Oues tuæ, dentur inimicis tuis & non ſit qui te adiuuet: filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis tuis & deficientibus ad conſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo in manu tua: fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras & ſis ſemper calumniam ſuſtinẽs & oppreſſus cunctis diebus, & ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui. *Ibid.*

HOMINES maria tranſeũt, ante potentũ excubant fores, patiũtur omnia quæ ſeruorũ conditio vix patitur, vt diuitias cõgregẽt, vt aliquã accipiãt tdignitatẽ, & poſtquã hoc fuerint cõſecuti tradunt ſe luxuriæ atque voluptati &

L.1.in 3.c. Habac. iniquitati, donec quod auaritia congregauit, conſumat luxuria,ait D. Hiero. Ac qui bonus videtur,& rectus inter diuites,is eſt qui inſtar aucupis tendit inſidias:ac homines dũ ſe inuicem venãtur inſidiis ad mortem, aliorum diſpendiis ſuas complent domos: ſicq́ue in illis hæc Philoſophorum completur ſentẽtia omnis diues aut iniquus,aut iniqui hæres,ait D. Hiero. ſubiungit autem : atque vtinam ab iis tantùm fiãt hęc qui vidẽtur foris eſſe & quos Dominus iudicat,& non in noſtris conuenticulis impleantur, quos poſſidet radix omniũ malorum auaritia,ita vt venientiũ ad nos non ora cõtemplemur, ſed manus :ſi igitur vi poſſidet homo cuncta quæ poſſidet,an non iuſto Dei iudicio fiet vt rapiat hoſtilis manus quæcũque ab eo malèparta fuerint?Hoc enim per Prophetã cõminatur Deus his verbis.*Quid gloriaris?ecce ego inducã ſuper te terrorẽ ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo,et diſpergeminiſinguli à cõſpectu veſtro, nec erit qui cõgreget fugiẽtes et poſt hæc reuerti faciã fugiẽtes & captiuos filiorũ Ammõ:Periit cõſiliũ à filiis:ſi vindemiatores perditionis Eſau veniſſent, ſuper te nõ reliquiſſent racemũ,ſi fures in nocte rapuiſſent quod ſufficeret ſibi,*quibus verbis apud quos plùs miſericordię inueniri poſſet domeſticos ſeu cõciues in bello ciuili, an apud externos in bello externo ſatis apertè innuitur: cũ itaque prima cõminatione non æquè terreatur peccator ac ſingulorum malorum ſuper ſe venturorũ ſpeciali declaratione, ad ma-

D.Hier.l. 2.in Hier. c.6.

iorem obdurati peccatoris terrorem maledictio ponitur ventura.

ſuper eius { Pecora / Diuitias / Prolem.

Vt conſtet quorum triplicium bonorum frequentiſsimus eſt vſus, eorum direptionem ac carentiam toleratu eſſe difficillimam: hæc per vitium ſomnolentiæ ſiue tarditatis hominum in recognitione beneficiorũ diuinorum impendere notat Eucherius Lugdunenſis his verbis: ſi hominum quiſpiam clarus & locuples te in locum liberorum adoptaturus acciret, ires per oppoſitas rerũ difficultates, & per quamuis lõgi receſſus iter iactatus curreres, Deus vniuerſitatis rerúmque Dominus te in adoptionem vocat, illud (ſi velis) blandũ filij nomen impartiens quo Deum noſtrum vnicum ſuum nuncupat, & non accenſus raperis? non properus vrgeris ne conditionem tantum celeri occurſu mors præripiat? Renuenti igitur filij Dei nomine honorari prædicit Deus in tribus prædictis anguſtiis extremam cladem: primum quidem generaliùs his verbis. *Omni tẽpore calũniã ſuſtineas*, quod Iſraëli mortuo Ioſue ſub ducibus eum ſequutis cõtigiſſe ſacra teſtatur hyſtoria, cùm enim ſemper eo viuo pacificè vixiſſent Iſraëlitæ, contra Cananeum & Phereſeum fœliciter præliati percuſsis quippè 10000. virorum, & abſciſsis ſummitatibus manuum ac pedum Adonibe-

Epiſtol. ad Valerianũ.

Iud. 1.

rech populos ciuitatum per ſe debellatarum, non delent, ſed ſibi tributarium faciunt, quia

L.5. Antiq. iud. cap. 2. longa pace qua antea recreati fuerant (ait Ioſephus) iã emolliti, voluptati magis quàm honeſtati tunc ſtudebant: ſeruiunt poſtea diis alienis Baalim & Aſtharoth, od id in regis Meſopotamiæ poteſtatem rediguntur, & ei ſeruiunt octo annis donec coram Deo humi-

Iud. 2. liatis, Othonielem ſuſcitat Deus, per quem à ſeruitute illa liberētur, túncque quieſcit pop. 40. annis. Hinc ad idolorum cultũ reuerſus à rege Iabin ad 20. annos opprimitur: quibus exactis, per Delborã prophetiſſam liberatur.

Ib. c. 4. Quartò in idololatriã relapſus pop. à regibus

Ib. 6. 7. et 8 Madian opprimitur 7. annis: à Gedeone autẽ liberatus quieſcit 40. annis. Denuo per idololatriã peccãs, manibus Philiſtinorũ ad 18. annos traditur, ſed clamans ad Dominũ & confringẽs Idola per Iephte liberatur. Delinquit iterũ Iſraël in Dominũ & à Philiſtinis 40. annis opprimitur, donec Sãſonem libertatis ſuæ vindicem nactus ſit. Qui plura de Iſraëlitarũ variis ſucceſsibus volet ſcire, legat libros Regũ & Paralip. Denique quis neſciat Deũ ad excitandos in feruẽtiorẽ ſui amorem ſuorũ animos, id permiſiſſe quod Theodoreti Eccleſia-

L. 3. c. 18. ſtica habet hiſtoria, vt Iudæi adeóq; Iſraëlitæ per ludibriũ circuncisi à gentibus, ſicut & inde ab iiſdem Chriſtiani Galilæi nominarētur?

L. 5. ca. 16. Chriſtianos itẽ apud Sozom. in cudẽdis imaginibus deceptos, & illuſos quoq; quòd pe-

cunia facilè ſeducerentur? expertos quoque Chriſtianos ſe gentibus riſui eſſe ob animorũ &opiniorũ diſſẽſionẽ, vel in eo maximè quod Cõſtãtinus Magnus cũ illis expoſtulauit ridiculũ eſſe quoſdã Chriſtianos ieiunare, alios verò minimè. In furto autẽ nõ temerè ſuſtinẽda iniuria proponitur, vtpote quòd per ſe adeo odioſum eſt vt etiã patiẽtiſsimo homini intolerabile videatur, quod his Be. Chriſoſt. verbis liquidò cõſtabit. Hominũ (inquit) oculi egenos intueri ſolent: cùm inopia laborant, & de his ingemiſcere: Raptores autẽ cõſpectis pauperibus magis ſæuiunt: hominũ oculi, non tãquam ſua aliena conſpicantur, ſed ſua tanquã aliena, neque quæ alienis dantur deſiderant, ſed ſua in alienos effundunt, hi non deſiſtunt niſi omniũ auferant facultates, quippe qui nõ humanos ſed ferinos habent oculos: hominũ oculi nudũ ſuum corpus videre nõ patiuntur ſuũ namque eſt, licet ſecundũ perſonam ſit alterius: hi autẽ niſi omnia populẽtur, niſi omnia domum conferãt nunquam ſatiãtur, Imò nullo vnquã tempore expleri poſſunt & ferinas habẽt manus aut feris etiam immaniores. Vrſi lupique cùm ad ſaturitatem ederunt, cibo abſtinent. Hi nunquam ſatiantur, Tu ſi pecudem fera lacerat ægrè fers, cùm id in proximũ facis, te nihil mali facere arbitraris. Denique tales homines extrinſecus feras, intus dæmones dicere poſſumus. Ac vt ad rem veniamus, in bouis, Aſini, & ouium raptu ingẽs

Epiſt. ad Eccl. de Synodo Nic.

Ho. 9. in 1. Corinth.

eſt infortunium, hominum enim vſui tria hęc animalium genera maximè inſeruiunt, ſed ad ſomnolentię malum (quo vt plurimum laboramus) à nobis exterminãdum, horum penuria nos plectit Dominus Deus, qui plerumque per hęreticos latrocinia in Chriſtianos exerceri permittit, vt eorum animi circa eius cultum alioqui torpeſcentes excitentur: quis enim neſciat Alexãdro Montaniſtarum pſeudomartyri ob latrocinia ingentia quorum in iudicio conuictus legitur, prope inflictũ mortis ſuppliciũ, tantùmque obſtitiſſe ſuorũ clamorem dicentium eũ nõ ob admiſſa flagitia, ſed propter nomen Chriſti in iudicio condẽnatum? Quis item neſciat quod Euſeb. habet hiſtoria, Paulũ Samozatenũ per nefaria ſcelera, ſacrilegia & munera quę à fratribus iniuria affectis ac callidè deceptis extorſerat, diuitem factum? ſed attendendũ ad hanc Bullæ famoſiſsimi latronis hyſtoriam, qui ſub Seuero imperatore per totam Italiam, comparata manu 600. latronum, biẽnio maximas prædas fecit. Poſtquam autem centurionẽ vitæ inſidiatorẽ cepiſſet, raſo capite eũ ad Seuerum imperatorẽ remiſit: cúmque rogaretur quid imperatori vellet nunciari, nũcia (inquit) dominis tuis vt diſcant ſuos ſeruos alere ne latrocinentur: habebat enim apud ſe multos Cæſarianos partim exigua mercede conductos partim nullo certo ſtipendio: hic idẽ cùm mulieris cũ qua ſcortabatur opera deprehenſus à Papiniano

Euſeb. hiſt. li. 5. ca. 17.

L. 7. ca. 14.

præfecto rogaretur cur latrocinium feciſſet, reſpondit,& tu dic cur præfectus ſis, intelligebat Papinianum hominē prædiuitem & magnæ apud Cæſarem exiſtimationis, propter ſuarū opum ſplendorem in aulam admiſſum, ſe verò rerū penuria & egeſtate vexatum cogi victum latrocinio quærere. hęc de eo Xiphilinus. Haud diſsimile videtur exemplum Othomani, primi Turcarum imperatoris qui cùm priùs agricola fuiſſet & in Bithinia latrocinia exercuiſſet vi imperiū eſt adeptus, vt ait Egnatius. Quis non etiā ex eodē authore admiretur Tamburlanem inter paſtores nutritum, & puerilibus ludis per eos Regem creatum, aſtu nouáque induſtria ab illis excepto iuramento Perſarum Regem factum? Cuiuſmodi in factis quis nō fateatur veram cōprobari hanc D. Auguſtini ſententiam, regna ſine iuſtitia eſſe latrocinia? Sed & his adiungere liceat inſigne illud latrociniū quod ſub Childeberto rege cōtigiſſe narrat D. Greg. Tur. quo Britanni Nanneticum & Redonicum territorium prædæ grauiter ſubieciſſe leguntur, vindemiantes vineas, culturas deuaſtantes, ac populum villarum abducentes captiuum, nihílque de promiſſis ſuperioribus cuſtodiētes, & non ſolùm non cuſtodientes promiſſa verūetiam Regibus Gallorum detrahentes: huc etiā ſpectant ambitioſorū in aucupandis & vi occupandis imperiis execranda facta, quorum primum ſit Marci Antonij in diſſidio Lepidi

In vita Seueri imperatoris.

L. 3. cap. 4.

Serm. 31. ad Fra. in eremo.

L. 9. Ann. cap. 25.

In. Iulio.

Bruti & Caſſij ex Xiphil. quod tale fuit. Poſt Iulij Cęſaris mortẽ, cũ Romę grauis orta eſſet ſeditio in qua Lepidus armatis militibus forũ, Brutus verò & Caſſius Capitoliũ occupauerãt, Poſtquã Cicero ad cõcordiã populũ reuocaſſet, Antonius huic recõciliationi ſtudiũ & operam nauauit, nõ vt pacis author eſſet, ſed quia per id tẽpus priuatus ciuis & dominandi cupid' nolebat in illa ſeditione & tumultu dominationẽ ab alio cõparari: Extat & apud Niceph. Call. factũ Zenonis ambiẽtis imperium.

L.16.c.22. Cõſtãtinopolitanũ cõtra Marcianum Anthemij filium, quem primum Cæſarem Cappadocum deinde Tarſum Ciliciæ abduxit, capite raſo presbyterum eſſe voluit, vt deinceps cõtra eũ pro Imperio çertare deſiſteret: quod

In Arth. vita. idẽ Anaſtaſio Arthemio per Theodoſium publicorum vectigalium exactorem imperandi cupidũ contigiſſe memorat Cuſpinianus. hoc

L.7. in 10. c. Luc. idem furtum moraliter exponit D. Ambr. in parabola latronũ qui ſemiuiuum reliquerant in via. Qui ſunt (inquit) iſti latrones niſi Angeli noctis & tenebrarũ qui ſe nonnunquam transfigurant in Angelos lucis ſed perſeuerare non poſſunt. Hi antè deſpoliãt quàm accepe rimus indumẽta gratiæ ſpiritalis, & ſic vulnera inferre conſueuerunt: Nã ſi inueterata quę accepimus veſtimenta ſeruemus, plagas latronũ ſentire non poſſumus. Quod inuiſibiliter facit per ſe malignus ſpiritus *tanquã Leo rugiens*

1. Petri 5. *circuẽs quẽ deuoret, Cui ſoli illi reſiſtũt qui fortes ſunt in fide*: viſibiliter autẽ per hęreticos nitẽtes nos

à fidei Catholicæ cõſtãtia deturbare ac deiicere, quos idcirco prędones ac piratas animarũ Chriſtianarũ dicere poſſumus exẽplo ſũpto à D. Am. Qui Arriũ Archipiratã cognominat eo quod animas Chriſtianas per mare ſeculi inſtar Phar. inſequeretur. Sabelliũ eadẽ ratione piratã, & Marcionẽ Cetũ, Fotini doctrinã eadẽ ratione Fotinianã charybdim cognominãs: graue certè eſt tã pretioſarũ rerũ furtũ vtpote quarũ quotidian⁹ eſt vſus, ſed grauius eſt cũ in aliis quarũ vſu carere vel difficile vel planè impoſſibile eſt, duplicari agnoſcitur: at, quis ſine domo degere poteſt aut cõtentus eſt ſub dio? quis vſu vini quod *lætificat cor hominis*, vel toto vitę tẽpore, vel ſaltẽ in ſũmo corporis lãguore & dolore lubẽs carebit? Atqui in his quoque duobus furtũ cùm ab externo tũ à domeſtico hoſte cõminatur Deus, eo certè intolerabili⁹, quo horũ duorũ magis eſt neceſſari⁹ vſus. Hîc enim apud omnes gẽtes ſæuiſſima & maximè horrenda aduerſus prędones & fures decreta ſunt ſupplicia. Nã in Alcorano Mahometi deprehẽſi in furto & cõuicti, mẽbratim diſcerpi iubẽtur: apud Tartaros ſeſe baculo certatim cędere iubẽtur pro grauitate criminis, interdũ, quouſq; mors ſequatur. Quod ſi rẽ nõ exigui momenti furatus ſit quiſpiã vt equũ, ei caput mediũ finditur gladio. licet tamẽ ei vitã redimere perſoluto nouies pretio rei quã furto ſur ripuerit: in ciuitate Themiſtitan deprehenſus in alieno agro quicquam ſurripere poſſeſſori

L. de Salom. c. 4.

Eccl. 40.

iure perpetuæ ſeruitutis obſtringitur. In regione Mexica quæ alioqui dicitur Taſcaltecal conuictus latrocinij ducitur in plateã publicã præcone pronunciante eius culpam & ſententiam mortis, & conſcenſo Theatro, baculo ſeu fuſte ei caput obtunditur donec animam efflarit, hæc ex Coſmographis, deprompta ſunt quę ad leges humanas etiam Barbararum nationum ſpectant: ſed hæc in Aſia ad comprimendam latronum audaciam fieri ſolitum narrant, eos prima & ſecunda vice deprehenſos flagellari, tertia, manu truncari quarta, pede, ſemper autem pretio damni illati æſtimato ſatisfacere compelli: Semper autem ſatisfaciendum eſſe pro damno illato

Exod. 21. Nonne apertè innuit ſcriptura his verbis, *oculum pro oculo, dentem pro dente*? Terreat igitur à peccato etiam occulto vnumquemque, furti adeo enormis & horrendi metus vt pote diuitiarum abundantia inſoleſcentem ad quem

Eſa. 5. hæc dicta ſunt, *Væ qui coniungitis domum domui*

Pſal. 38. *& agrum agro*, comminatio item Pſalmographi *Theſauriſas & ignoras cui congregabis ea*. Terreat etiam furor bellicus qui non ſinit ædificia crebrò quidem ruralia, interdũ autem nec vrbana integra manere, ſed ea exæquat ſolo, ea incendio & igni deuaſtat vt præſenti militis inopiæ ſubueniatur, fructus immaturos ad maturitatem peruenire non ſinit, maturos diſperdit expleta primum de iis egeſtate, reliquiis autem incendio datis vel vento & aëri

ad perditionem expoſitis. An non his miſeriis in bello ciuili ob religionis diſſenſionem in ſumma Dei ignoratione cùm vt mali malitiæ ſuæ pœnas luerent, tum vt bonorum probaretur conſtantia, ab aliquot annis Galliam noſtram cùm à Domeſtico tum ab externo prædone ſubiacere voluit Deus optimus? ſic Theſaurizauerat vtriuſque partis Gallus cùm nondum ruinas ex bellis ciuilibus conſequi ſolitas expertus eſſet, ſic coniungendo domum domui & agrum agro nomen Dei ſui omnipotētis oblitus fuerat vt in flagello paupertatis ac penuriæ rerum, cum magno ſuo & ſuorum malo experiri cogeretur Deum per Dauidem non fabuloſè ſed verè dixiſſe: *ſi dereliquerint filij mei legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint: ſi iuſtitias meas prophanauerint & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum*: *Pſal. 88.* his tamen malis quaſi grauioribus commoneri volentes, non reſipiſcimus. Hoc tamen malum exaggeremus circunſtantiarum adiectione. Quid magis horrendum quàm latrones intrepidè optimum qnemque virum in plateis publicis interficientes intueri? Atqui, An difficilius Deo id noſtra tempeſtate permittere quàm ſub Neronis Imperio, cùm Hieroſolymis inter Pontifices optimates & plebeios exorta eſt ſeditio? *Euſeb. l. 2. hiſt. ca. 19.* Quid funeſtius quàm in vrbibus ad quas vndequaque confluūt populi, piſtrina ſubterrenea tolerari ad quæ ad-

uentantes homines omnes ad vnum impunè interficiantur? Atqui hoc ad tempus indeclinabile malum à Deo Rom. immiſſum eſſe refert Socratis Eccleſiaſtica hyſtoria. Tertium item contra bonum prolis id eſt vxoris & liberorum malum immittitur his verbis, *vxorem ducas & alius dormiat cũ ea* quo amentiæ & cæcitatis, pleróſque rapi non ſit mirũ ei qui audiet hoc B. Chriſoſt. Qui mulieris alienæ tenetur amore, qui ſcortis vacat, ebrius eſt. Et quemadmodum is qui multum ebibit merũ, ſeſéque ingurgitauit, illiberales voces effundit aliudque pro alio videt, ſic & hic veluti mero quopiam ſua cupiditate repletus neque ſana profert verba, ſed obſcœna omnia, pernicioſa, illiberalia, riſúſque plena, aliáque pro aliis videt cæcutiens ad ea quæ cernuntur: verba itaque illa non ſunt permiſſiua ſed comminatoria vltionis diuinæ, ait enim gloſa, vt hoſte ſuperiore facto in quantocumque furore belli, mulieres & infantes vt plurimùm non interficiuntur, ſed victores eis ad luxuriã abutuntur & poſtea vilioribus ſeruis eorum dimittuntur, liberi autem in ſeruos & ancillas venduntur; ſic liberè violari thorum matrimonij, ſummum eſt ſupplicium exemplo vnico huic parti ſatisfaciemus cùm non ſit difficile in pluribus ſimilibus id comprobare, quod vtinam noſtri temporis calamitas non docuiſſet. Cùm in Italia Berengarius 2. in Germania autem Henricus Othonis 1.

L.5.c.18.

Ho. 5. aduerſus Iudæos.

pater, rerum potirentur ſub Ioanne II. Rom. Pont. anno ſalutis 936. Genuam Saraceni deſtruxerunt, nec contenti ciuium cæde matribus familias ac virginibus fœdum in morem abuſi, eas in Affricam in miſera ſeruitute ibi vitam clauſuras duxerũt. Cuius cladis ſignum dederat priùs, fons quidam Genuenſis ciuitatis qui per integrum diem ſanguine manarat. Hæ ſunt tres clades quas cordi impœnitenti ſe immiſſurum comminatus eſt Deus: Quas vt obdurati Iſraëlitæ experti ſunt per Aſſyrios, & Iudæi per Babylonios, ita verendum Gallis qui fontem aquarum viuentium Dominum deſeruerunt, & ad conſcientiæ libertatem poſtulandam per malignum ſpiritũ ſunt inducti, nunc autem in ea degentes, in Atheiſmum (qui ex Tertull. Hæreſeon finis eſt) degenerant, ne eas aut fortè grauiores vel ab externo, vel (quod durius eſſet) à domeſtico hoſte ſuſtinere cogantur, quod auertat Deus optimus qui ſolus beatitudinem temporalem in hac vita & poſt eam in altero ſeculo æternam poteſt concedere, in ſecula ſeculorum, Amen.

★

HOMILIA SEXTA.

Ibid. *Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus & ſuris, ſanarique non poſſis à plãta pedis vſque ad verticem tuum: ducétque te Dominus & regem tuum quem conſtitues ſuper te, in gentem quã tu ignoras & patres tui: & ſeruies ibi Dijs alienis, ligno & lapidi: & eris perditus in prouerbium & fabulam omnibus populis ad quos introduxerit te Dominus.*

RISVI eſſe hoſtibus ſuis vnicuique commune, ab iis autem cũ ſimilitudine & cõmotione capitis maledici, ſingulare, quippe ex quo ſequuntur verbera, furta, captiuitates, & ſimilia, quæ nõ à quouis hoſte impendere, facilè conceditur, cùm non pari maleuolentia vnuſquiſque in eum quem oderit excandeſcat ac deſæuiat. Etenim de infeſtiſſimo quolibet hoſte hoc habet D. Cypr.

Serm. de Zelo & liuore.

mala cætera habent terminum, & quodcumque delinquitur, delicti conſummatione finitur: in adultero ceſſat facinus perpetrato ſtupro: in latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prædoni rapacitatem ſtatuit poſ-

ſeſſa

ſeſſa præda,& falſario modũ imponit imple- «
ta fallacia:zelus terminum non habet, perma- «
nens iugiter malum, & ſine fine peccatum eſt. «
Quantóque ille cui inuidetur ſucceſſu melio- «
re profecerit,tanto inuidus in maius incendiũ «
liuoris ignibus inardeſcit. Ideo gentium maleuolentiam pro populo Iſraëlitico perhorreſcens Dauid dicebat: *Poſuiſti nos opprobriũ vicinis noſtris,ſubſannationem & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro: poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus,commotionem capitis in populis,tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me à voce exprobrantis & obloquentis à facie inimici & perſequentis*. In quibus verbis obſeruantur mala oppoſita famæ & gloriæ hominũ,quæ præter mala corporis, id eſt rerum & perſonæ, per hoſtem ſolet immittere Deus omnibus reluctantibus ſuis mandatis: ſunt enim ſex mala quæ aduerſus famã ab hoſte imminere ſolent, primum contumelia, in voce *opprobrium*:ſecundum deriſio, tertium, detractio imprecatoria, quam notat D. Aug. in voce *ſimilitudinem* in qua (vt ait) eſt obſeruatio modi increpandi qui hoſtibus Dei eſt familiarior,dicũt enim,ſic moriaris,ſic puniaris,quomodo Iudæi Chriſtianis pro Chriſto, Ieſu dimicãtibus dicebãt,ſic *crucifigaris*:Quartum eſt ignominia publica in verbis *commotionẽ capitis*, quibus(ex eodem)ſignificatur inſultatio iuxta illud *loquuti ſunt labiis & mouerunt caput*. Quintum eſt iudicialis vexatio qua à

Pſal. 43.

Enar. in Pſal. 43.

Pſal. 21.

principibus & iudicibus ſerui Dei iniuriis affecti ſunt in verbis, *verecundia mea contra me eſt*, Sextum Erubeſcentia, in his *confuſio faciei meæ &c.* hæc obſeruat Caietanus in eundem Pſal. quæ ſex mala tanto magis ſunt horrenda quanto grauioribus adiunguntur.

Quæ ſunt in ea, { Corporis inbecillitas, Captiuitas, & Ignoratio ſupremi Dei. }

Quibus tribus ſimul iunctis quod malum æquari poteſt?

Primum enim (vt ſingula ſigillatim expẽdamus) vlcus *in ſuris*, id eſt in tibiis aut (vt ait Cartuſ.) in extremis tibiæ partibus hominis inceſſum impedit, & proinde fugam in periculo: quod moraliter ſic explicat D. Chriſoſt. ex cõparatione Diuitis & Lazari. Non ſi quis

Conc. 3. de Lazaro, (ait) vulnera in corpore geſtet abhominandus
" eſt: Verũ ſi quis in animo innumera habens
" vlcera nullam illorum curam agat is abhomi-
" nandus eſt, qualis erat ille diues intus totus
" vlceroſus: & quemadmodum canes, huius lin-
" gebant vlcera, ita dæmones illius peccata: &
" ſicut hic in fame cibi, ita ille in fame virtutis
" viuebat: quæ omnia cùm ſciamus, Philoſo-
" phemur, neque dicamus, ſi Deus illum amaſſet, nequáquã eum talẽ eſſe paſſus fuiſſet, hoc
" enim ipſum, maximum eſt dilectionis argumentũ dicente Paulo, *quem Deus diligit caſti-*
Heb. 12. *gat, et corripit omnẽ filiũ quem recipit* & Eccle. 10. *fili accedens ad ſeruitutem Dei, para animã tuam ad*

tentationē, dirige cor tuum ac perſeuera: Quibus ex verbis patet, infirmitatem in corpore pati, indifferens eſſe boni & mali colligendi argumentum, ſed cum tali malo aliud pati, vt exilium & captiuitatem eſſe iræ Dei ſignum, ne dicat quiſpiam temere Deum afflicto dare afflictionem, aut bis punire in id ipſum. Huiuſmodi vlceribus miſerè angi iuuentutem luget D. Aug. his verbis: periculoſū eſt vlcus iuuentutis quod cupiditatibus cōtabeſcit. Præſumit enim iuuētus viribus, formæ cupiditate iactatur, pompa rerū tēporalium præfulgere aut gaudet aut exoptat: Itaque iuuentuti malorū venenū eſt quicquid virtus præcipit, eſca eſt quicquid Diabolus ſuggerit: ſed amaritudo iuſtitiæ, medicamētū eſt virilis ætatis, dulcedo autē iuſtitiæ, muſcipula eſt temeritatis: ſic Deus ſæuiēs ſemper corripit peccatorē tēporaliter vt in Iudicio cū pudore & confuſione recognoſcat, quod dānetur, à ſuo eſſe delicto, quod bene ſit reliquis, eſſe à Deo remuneratore. Quod enim plagis multis Pharaonē & Aegyptios percuſſit id ad eos cōmonendos pertinebat, quod autē ad mortēvſque eos afflixit, ad noſtrā pertinet inſtructionē, monemurq; in eo vt vel leuē experti tribulationē, ſēper de Dei iuſtitia vitæque noſtræ emēdatione cogitemus: his animævlceribus poſtquā laborarūt fratres Ioſeph, impietatē ſuā in fratrē ſui infortunij cauſā eſſe vrgēte eos iniqua cōſciētia confeſſi ſunt, dicentes, *Merito hæc patimur quia*

Serm. 246. de tempore.

Proue. 27.

Gen. 42.

peccauimus in fratrem noſtrum videntes anguſtias animæ illius dū deprecaretur nos, et non audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio, vnuſque eorum ſubiunxit, *nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum, & non audiſtis me, en ſanguis eius exquiritur*. eodem vulnere in anima perpeſſo

3. Reg. 15. & 16 Saül maledictionem ſenſit & vltionem, quippe cum filio Ionatha in exercitu mortuus, cui is in regno ſucceſsit in quem omni opera deſæuierat. Dauid quoque per filium Abſalonē ſimilia perpeſſus eſt ob vulnera animæ ſuæ, quibus iiſdem effectum eſt vt templum Deo ſuo dicare cùm vellet non potuerit: ſimilibus vulneribus laboraſſe Iudæos perſequentes Prophetas & eum cuius gratia venerāt Chri-

L. 6. de bello Iudaico. ſtum dominum ex eorum infœliſsimo ſucceſſu non eſt dubium, vt docet hiſtoria Ioſephi in excidio Hieroſolymitano. Quibus exēplis quis non ſe commoneri putet, vt tormēta vel in fragili corpore declinaturus à peccato, quod eſt animæ vlcus ſeu inquinamentum, abſtineat? Sed hæc vlcera in corpore tolerabilia eſſe, ſicut & complures alios morbos dicat obduratus in peccato, at, nūquid eſt fugæ impedimentum in illis tempore belli? Atqui in vlcerum corporis dolore bellum futurum cōminatur Deus, his verbis *ducet te Dominus & regem tuum &c.* Atqui malum belli poſtremus omniū ſentire ſolet quiſquis populo præeſt, magnamque ſtragem populariū fere ſemper obſeruamus fieri antequam vllas ſibi ſtrui in-

ſidias rex ſentiat: ſed mali huius, quo etiam regem cum populo feriri vult Deus, cauſam expendamus: eſt autem hęc vulgatiſsima, dicũt plerumque quos huius ſeculi deliciæ in eſcarint, *Comedamus, bibamus, cras enim moriemur*: *Eſa.22.*
ad quæ verba ait D. Amb. rectè arguitur ſtultitiæ qui in manducando & bibendo collocarit ſpem ſuam, & ideo ei tempus mortis vrgetur *L de Nab. Iſraeli-ta, cap. 8.*
"ſecundum quod delictum eſt ab iis qui gulæ
"inſeruiunt: ideo captiuitatem quæ ex nimis
"delicioſa vita eſt Prophetas prædixiſſe, ac etiã
"in futurũ prędicere ipſa ſcriptura teſtatur: eãdẽ quoque per prodigioſa multa nobis Deũ prędixiſſe ſacrę teſtãtur hiſtoriæ: Balaã quippe in mirabili aſinæ eloquio ita mente captus legitur, vt vel inuit⁹ pro maledictione quã pop. Iſraël daturus venerat, benedictionem dederit, eo enim ſemper fuit animo vt tantum maledicere conaretur, ait Ioſephus. *Nu.23.* *L.4. antiq. iud. cap. 6.*
ſic & mente captum in ſuis præſtigiis quotidianis Simonem magum in canis efferati & horrendi eloquio ſubindicaſſe legitur, magnus ille Petrus: Cuius eloquio obſtupefacti complures ex iis qui Simoni mago adhærebant, ab eo ſtatim defecerunt & Baptiſmum ſuſceperunt: *Niceph. Call. L.2.c. 27.*
ſic ſedente Romæ Hormiſda Papa 54. Regnante autem in Gallia Clodoueo, multi Dæmoniaci in Alexandria quaſi canes latraſſe leguntur: fortè regnandi deſideriũ quo inter filios Clodouei bellum exardeſceret, aut quiddam ſimile præſagientes, ſtatim enim poſtea hic euẽtus *Apud Sigebertum.*

eſt conſecutus. Exemplis autē hæc illuſtrari ſi quis poſtulet,hæc ſumat ex veteri lege. Oſias
4.*Reg.* 17. Rex Iſraël, Salmanazar Aſſyriorũ regi factus primùm tributarius, tandem captiuus ab eodem abducitur. Ioachan item captiuus abdu-
4.*Reg.* 23. citur,relicta Ægyptiis Iudæa tributaria. Ioachim item à Nabuchodonoſor captiuus ab-
Ib.c. 24. ducitur cum Theſauris Hieruſalem. Sedechias item occiſis coram ſe filiis ſuis occæcatur &
Ib c. 25. captiuus abducitur: harum captiuitatum hi omnes præmoniti fuerant aſsignatis earum
Eſa. 22. & 23. cauſis,quia potiſsimum principes & ſacerdotes infidelitate laborabant,tantùm procurantes delicias ſuas in hoc ſeculo, nihil de animæ ſalute ſoliciti: ab huiuſmodi viuendi conſuetudine aut nihil aut parum admodum hoc ſeculo videmur recedere, quippe præter hæc vulgaria gulæ & corporis totius oblectamenta deteſtabiliora concupiſcentes, ſaltationes quippè & incantationes & quæ ex iis ſequuntur: vnde cur nos non ea ſequentur mala quæ ipſis à Deo immiſſa ſunt? *ſi fœlix eſt quem faciũt aliena pericula cautum*, fœlices putemus nos qui bus terrori eſſe debet excidium Hieroſolymi-
L. 3. *hiſt. c.* 8. *l.* 6. *de bello Iud.* tanũ in quo narrant Euſeb. & Ioſeph. Iudæis contigiſſe, quod illis prænunciarat Chriſtus
Matth. 24 Dominus, *væ prægnantibus & lactantibus. Orate ne fuga veſtra ſit in hyeme neque Sabbato, erit enim tum afflictio magna*, qualis non fuit ab initio mundi hactenus, neque fiet: verè enim poſt
Ib.c. 8. multa ſigna illiꝰ captiuitatis quę apud Euſeb.

occiſis vndecies centenis millibus hominum, qui ſuperfuerunt viui, alter alterius indicio proditi à Frontone Romano, mortis ſupplicio affecti: Adoleſcentuli qui præter cæteros corporis proceritate excelluerũt in triumphũ reſeruati, reliqui vel in Ægyptũ ad obeunda opera miſſi, vel per prouincias diſperſi vt in celebribus ſpectaculis ferro & beſtiis mẽbratim dilaniarentur: alij denique captiui abducti leguntur, ac, vt breui iſta omnia complectamur, captiui omnes qui vniuerſo illo bello comprehenſi ſunt, numerum 97000. hominũ compleuerũt. Quod exemplum ad principũ & pop. captiuitatẽ & deſolationẽ pertinet: cui haud diſſimile eſt hoc Seſoſtris Ægyptiorum regis, qui cùm Scythas & Grȩcos ſubegiſſet, *Hero. l. 2.* maximã multitudinem gentiũ captiuarum in Ægyptũ ſecũ duxit, earũq; opera vſus eſt ad lapides immẽſȩ magnitudinis in Vvlcani tẽplũ pertrahẽdos, & ad aquarũ diuortia fodiẽda, vt Ægyptũ prius plauſtris & equis agẽdis idoneã cõtravim hoſtiũ muniret: ab eo enim tẽpore: inequitabilis, & plauſtris inhabilis regio extitit propter multiplices foſſas vniuerſa loca occupãtes, in quas Nilus inundãs reciperetur ne loca arida ſiti laborarẽt. Hoc etiã eodem pertinet quod de Radagaſto Gothorũ rege ait E- *l. 6. c. 10.* gnatius cũ in Italiam aduerſus Honoriũ cum 200000. equitũ veniſſet, eũ à Stilicone cõſule inter Feſulanos mõtes obſeſſũ, cũq; eius fugeret exercitũ, in eius poteſtatẽ veniſſe, à quo ca-

thenis vinctus, & per omnē Italiā turpiter du ctus interiit, omnibus admirātibus quod eum captiuū ac vinctum cernerēt ad cuius famam paulo antè, omnes præ formidine cōtremuerant: ſed hoc maximè ad terrorem peccatorū valere debet, quod ex eiuſmodi euētibus bellicis cùm externis tum ciuilibus, plerumque
To. 3. Ann. Tyrannis (vniuerſo populo odioſa) ſequitur, quod apud Zonaram in Nicephoro orientali imperatore declaratum legitur. Hic enim, licet fines imperij propagaret, ob leges tamen iniquas fuit omnibus exoſus, prætextu enim bellorum, omnis generis exactionibus populum premebat: ob frequentes expeditiones inopiam pecuniæ cauſando, annua dona iam olim templo & piis domibus conceſſa penitus ſuſtulit: decreuit ne fundi eccleſiarum augerentur quòd illæ opes à ſacerdotibus in vtilitatem eccleſiæ nō conferrentur: ſumpta occaſione contentionis inter Epiſcopos & Patriarcham de ſuffragiis: authoritatem deſignā di Epiſcopos ſibi vendicauit: vnde in vacantem eccleſiam mittebat aliquem ſeruorū ſuorum, quo parcè ſumptus ſibi neceſſarios ſumente ipſe reliqua ſibi vendicabat: prǽterea decreto ſanxit vt milites in bello interfecti pari cum martyribus honore colerētur, quod ratum non fuit ſed ſine executione euanuit, Patriarcha Polyeucto, primoribus ſacerdotū & principibus ſenatus, ſtrenuè reſiſtentibus. Nunquid autem dum in hodiernis bellis do-

meſticis langueſcimus &extremã plagã à Deo immittendam expectamus, hæc omnia quæ per hunc imperatorem Nicephorum ſuſtinuit eccleſia, mala,nobis diuinitus immiſſa eſſe experimur? Sed çaptiuitatis prçſertim ab externo hoſte ingruentis miſeriam conſideremus ex Babylonicæ ſolius exemplo, ſub his verbis Seueri Sulpitij: Nabuchodonoſor Hyeroſolymam cum exercitu ingreſſus, vrbẽ muróſque ac templum ſolo ſtrauit: auri immenſum modum & ſacra ornamenta, publica ac priuata, puberéſque omnes vtriuſque ſexus tranſtulit, relictis iis quorum imbecilitas aut ætas faſtidio victoribus fuit,quæ turba inutilis ſeruitio exercendis colendiſque agris ne incultum eſſet ſolũ,deputata: eiſdemq; rex Sedechias præpoſitus, ademptis viribus, inani tantùm vmbra regij nominis cõceſſa:ſed Ioachim tribus mẽſibus tempus imperij habuit; is cum populo in Babyloniam tranſlatus & in carcerem coniectus eſt,trigeſimum poſt annũ emiſſus atque à rege in amicitiam receptus, menſáque & conſiliis participatus non ſine ſolatio depulſæ calamitatis deceſsit: interea Sedechias rex turbæ inutilis, quanquam ſine viribus,infido ingenio & Dei immemor, qui non intelligeret calamitatem ob delicta gentis illatam, poſtremis denique malis deditus regis animum offendit:ita ei poſt 9.annos Nabuchodonoſor bellum intulit, compulſúmque intra muros confugere triennio obſedit:

L.1.ſa. hi.

Qua tempeſtate Hieremiā prophetam, qui iā ſæpius vrbi captiuitatem prænunciauerat,cō-ſulit,ſi quid fortè ſpei ſupereſſet: Sed ille cœleſtis iræ non ignarus, eadem, ſæpius interrogatus,reſpondit, ipſi regi ſpecialem pœnā denuncians:Tum verò rex in iram excitatus,tradi prophetam in carcerem iubet, móxque eū crudelis facti,piguit, ſed obſiſtētibus Iudæorum principibus, quibus iam ab initio moris fuerat bonos premere, abſoluere innocētem non eſt auſus, iiſdem cogentibus in lacū immēſi profundi cœnóque ac ſordibus atque ex eo exitiabili fœtore horridum demiſſus eſt, vt ne ſimplici quidē morte expiraret:ſex rex licet impius, aliquanto tamē ſacerdotibus mitior, educi prophetam de lacu,& carceris cuſtodiæ iubet reddi, Interea obſeſſos vis hoſtiū, & penuria vrgebat, conſumptíſque omnibus quæ mandi poterant inualuerat penuria:ita defeſſis defenſoribus,oppidum captum incenſúmque: Rex (vt Propheta prædixerat) effoſſis oculis Babyloniam tranſlatus, Hieremias hoſtili miſericordia carcere exemptus:cùm enim Nabuzardam princeps regius captiuum cum cæteris duceret,delata ſibi optione ab eo vtrū in ſolo patrio deſerto ſubſiſtere an ſecū abire in ſummis honoribus vellet,reſidere in patria maluit: Nabuchodonoſor abducto populo reſiduis quos belli cōditio vel prædæ faſtidiū relinqui à victoribus fecerat, Godoliā eiuſdē generis præpoſuit, abſque vllo inſigni regio

aut imperij nomine,quia præeſſe paucis & calamitoſis nulla dignitas erat. Hæc ex Seuero Sulpitio. Quemadmodum autē ex hac hiſtoria Hieruſalem adeóque tota Iudęa in externi populi poteſtatem redacta perhibetur, cuius morib⁹ & idololatriæ cōmunicare voluerat: ſic verendū nobis ne Gallia quę externarū gentiū habitū (quē immutat quotidie ad placitū) recepiſſe manifeſtē cōprobatur, vt earūdē quoque moribus hæreſi multiplici, Atheiſmo, ſortilegio, aliiſque iniquitatibus id genus cōmunicat, ita eiſdē vel inuita vniatur, & non modo cenſum ac tributū pēdat, ſed & cuncta ſua ſeq; totā vi bellica vel quoquo alio modo, tādem ſe eſſe externę gētis fateatur: quod vt auertat à nobis Deus, faciat in quolibet propriæ vitæ emēdatio. Quoniámq; ferè ſemper fit vt ab alienigena & barbaro ſummi Dei ignorationē accipiamus iuxta illud *cū peruerſo peruerteris*. Extrema cōminatio hęc eſt: *Seruies diis alienis ligno & lapidi*, quod literaliter pertinere videtur ad captiuitatē Oſeæ qua trāſlati filij Iſraël in Aſſyrios coluerunt Deos alienos & irritauerunt verbis non rectis Dominum Deum ſuum & reſtiterunt in faciem Prophetis recta prædicantibus, & inſeruierunt auguriis & diuinationibus vnde (vt ait Comeſtor) 10. tribus Iſraël intra montes Caſpios captiuę detinentur vſque ad conſummationem mundi: hāc temporalem captiuitatem, non niſi ſpirituali antegreſſa permiſit Deus Opt. quod patet &

Pſal. 17.
4. Reg. 17
Hier. 25.
In hiſt. Heſter.
4. Reg. 21.

in Manaſſe qui ab externo didicerat ariolari, obſeruare auguria, habere Pythones à quibus didicerat non conſentire viris bonis & iuſtis qui çonſiliarij fuerant Ezechię patris ſui quos cũ vel hoc nomine charos habere debuiſſet, adegit ad mortem, atque hinc eius captiuitas eſt ſubſecuta. Ob eandem animarum captiui-

Iuſt. li. 18. tatem Deum afflixiſſe Tyrum vrbem quondã potentiſsimã veriſimile eſt, de qua hoc ferunt hyſtoriæ, eam primùm à Sydoniis conditam, ab Alexandro captam, deinde a Mauris incenſam: tum reædificatam, deinceps à Dominico Veneto captam, ac tandẽ à Sultano incenſam

Epiſt. ad Iac. Frat. Dom. anno à Chriſto nato, 1290. quod ea de cauſa Deo volente contigiſſe, pateat vnicuique ex incremento regnorum apud B. Clementem, quod cùm ſit à pietate & religione, haud dubium eſt eorundem decrementum, adeóque ruinã ab vtriuſque defectu pendere: cogitent igitur ſicut olim veri Iſraëlitæ in vẽturi Chriſti, ita nunc veri Chriſtiani in eius qui venit, & ſecundò venturus eſt, potentia, regna erigi, & erecta, conſeruari, deſtrui item requirentibus id hominum delictis: Deum irritare deſinant qui eius primum aduentum non ſuſpiciunt, ſecundum quo ad iudicium venturus eſt paueſcant, vt eum expaueſcentes mala expoſita declinent, ac fœliciter in Dei præpotentis cuſtodia viuant & moriantur, vt æterna tandem gloria fruantur cum Deo qui trinus eſt & vnus, Amen.

HOMILIA SEPTIMA.

Sementem multam iacies in terram & modicum congregabis, quia locuſtæ deuorabunt eã, vineam plantabis & fodies & vinum non bibes nec colliges ex ea quicpiam quoniam vaſtabitur vermibus: oliuas habebis in omnibus terminis tuis & non vngeris oleo, quia defluent ac deperibunt: filios generabis & filias & nõ frueris eis, quoniam ducẽtur in captiuitatem: Omnes arbores tuas & fruges terræ rubigo conſumet. Ibid.

MALEDICTIO prænunciata in bonum prolis cunctáſque hominis facultates, duplicata videtur in cõminatione infirmitatis corporalis, captiuitatis, & finalis ignorationis ſupremi Dei, quorũ trium quia duo priora, vtpote ſenſibilia mala maximè afficiunt hominem voluptatibus corporis & genio indulgẽtem, idcirco quaſi tacitus apud ſe præmeditatur quibus modis vtriuſque infortunij tẽpore bona ſua cõſeruet, ac fortè ea ſe vel occultaturũ ut militem lateant, vel ſi periculum deuaſtationis imminere præſentiat ſe

multo ęre diuenditurũ ac totum æs humi defoſſurum meditatur, vt illud (ſi forte effugerit belli pericula) inueniat, ex eoque ea quę victui & veſtitui ſibi ſuiſque neceſſaria videbuntur comparare poſſit, ſicque hominis qui ſibi in oculis ſuis ſubtilis videtur, conſilium videretur pręualere aduerſus Dominũ: interim autem hac vana ſpe illectus nullis comminationibus à peccandi propoſito abduceretur, omníſque diſciplina ac prædicatio ei eſſet deſpectui cùm eum id Salomonis latere nõ debeat: *egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam*: Rectè enim certe D. Aug. li. 1. quæſtionũ vtriuſque teſtamenti: Qui timorem Dei non habẽt
Prou. 12. Queſt. 34.
» ſolutiùs viuentes & egenũ deſpicientes, ſicut
» ſcriptũ eſt, in inopia erunt, non ſolùm negli-
» gentes & improuidi circa ſe, verumetiam con-
» tẽptores datæ legis: hoc modo fecit Deus pau-
» peres ac diuites, quia dum offenſio legis parit
» egeſtatem, à Deo dicitur fieri authore legis, &
» cùm aliqui terrore legis diſciplinam cuſto-
» diunt, à Deo authore legis diuites fiunt, iuxta illud: *Egeſtas à Domino in domo impij, habitacula autem iuſtorum benedicentur*, vt docet D. Hiero. in eundem textum exẽplo purpurati Diuitis:
Prou. 3. ca.
Pateat hoc ſimilitudine à canibus venaticis ex Philone Iudæo, qui vt è lõginquo ad feras perueniũt, odorẽ ſequentes cuius eximio ſenſu à natura ſunt præditi: Eodẽ modo à iuſtitia cæteríſque virtutibus exhalantes ſuaues auras amator ſcientiæ inueſtigat, cupiẽs originẽ tãtæ
lib. de ſomnis.

voluptatis aſſequi huc illúcque curſitans vt vel ipſo honeſtatis odore tanquam ſacro nidore ſe recreās: ſimiliter non perquirentem ſe auerſatur Deus & ſibi aſtutè contra Dei comminationes bona ſeruare volentē prænunciat admirabilem futuram maledictionem.

In { Semente / Arboribus / Prole.

Secundum ſenſum literalem, cauſæ vulgares horum trium malorum hæ ſunt, pluuia, grando, locuſta, ærugo, vermis, inimicus quilibet.

Pruiuā ſulphureā immiſit Deus Sodomitis: *Gen.* 19.
poſuit Aegyptiorū pluuias grandinē, & fulgura in *Pſ.* 104.
pluuiam fecit. Porrò adeo deſæuientis in homines iræ Dei certum eſt indiciū in grandine, vt in ea vnum fore ex iudicij extremi ſignis dicat D. Hyppolitus Mart. Sed in ea quotidianę iræ *Orat. de cōſum. mundi.* ſuæ ſigna Deū nobis demōſtrare ipſa ſacra teſtatur hyſtoria, vtpote cùm apud Socratē rele- *l.* 4. *c.* 10. gatis per imperatorē multis ſacerdotibus qui cū Eudoxio cōmunicare recuſauerāt, delapſa eſt grando inuſitatæ magnitudinis Cōſtātin. lapidibus ſimilis quæ Deū iratū ob ſacerdotū expulſionē indicauit. Quod idem relegato B. Ioan. Chriſ. Conſtantin. contigiſſe refert eiuſ- *l.* 6. *c.* 17. dē ſacra hyſtoria, ac Sozomeni. In eadē quoq; *l.* 8. *c.* 26. mortis Eudoxiæ imperatricis quę vitę & proſperitati B. Chriſ. diu inſidiata fuerat, omē dedit hominibus Deus cùm eius morte proxima (vt ait Nicep. Call.) grādo pluribus in locis ſa- *l.* 13. *c.* 36. xis manuariis maior & circiter pōdus octonarū

librarum trahẽs, deferri viſa eſt. Malorũ item per pluuiam immiſſorum hæc ſunt ſpecialia

L.2.c. 14. exempla. Narrat Euagrius ex Priſco, Leone & Seuero imperantibus adeo ingentem pluuiã Cõſtantinopoli & in Bithynia extitiſſe vt ad tres aut quatuor dies aquæ inſtar fluuiorũ de cœlo caderent, & montes illarum violentia in planitiem deprimerentur, quinetiam ſic obruerentur pagi vt in exitij diſcrimen venirẽt, inque Boana lacu qui non longè abeſt à Nicomedia ob crebram cuiuſque generis materiam in eum congeſtam nonnullæ fierent inſulæ. Apud Niceph. Item ſub imperio Leonis in ſummo diſsidio hominum de 4. Synodo quæ fuit Calcedonẽſis inter cætera ſigna quæ contigiſſe memorantur Conſtantinopoli nubibus in ignem verſis, pluit, qui cinis palmi minoris prope altitudine in tegulis iacuit, id quod eminentiſsimum indicium imminentis incendij fuit: itaque cum timore vrbem omnes egreſsi, precibus Deum placarunt, ignea pluuia Deum omnia abolere velle dicentes: Porrò, Deo ad miſericordiã conuerſo, & flãma extincta eſt, & cinis horrendus in terram delatus eſt. Locuſtam naſci ex defectu cõmodi frigoris & exundante calore aërio ac pluuia tempore Hyemali certum eſt, reliqua magis in ipſius ſpiritualis ſenſus explanatione innoteſcant: itaque cum ſic ordiamur, ac primùm de cyniphibus in quibus vt & in locuſtis percuſsit Deus Ægyptios, dilucidè dicamus, præmittimus

L.15.c.20. & Zon. to.3.

mittimus hypotheſim, quanto minutiora ſunt animalia in quibus maledictionem comminatur Deus, tanto magis ſuſpiciendã ac horrẽdam eſſe eam quæ in illis datur maledictionem. Cyniphem (ex D. Aug.) ſermone qui eſt de 10. plagis Ægyptiorum) ſi quis nõ ſentit volantem propter tenuitatem alarum, ſentit tamen ſtimulantem: quod animalis genus digniſsimæ arti Philoſophiæ vel Hæreticorum calliditati poterit comparari, quæ minutis & ſubtilibus verborũ ſtimulis animas terebrat, & tanta calliditate circunuenit vt deceptus quiſque nec videat nec intelligat vnde decipitur: quod de Philoſophis tantũ dicit: docetur autẽ his hyſtoriæ eccleſiaſticæ exẽplis. Apud Ruffinum, Philoſop. quidam Dialecticus in Nicena Synodo diſputationem aduerſus Epiſcopos Catholicos ſuſcipiens, eos omneſque Chriſt. qui frequẽtes illuc audituri conuenerãt, ſuæ artis ſubtilitate in ſui admirationẽ rapit, donec Deus in virtute non autẽ in ſermone regnũ Dei conſiſtere oſtenſurus per cõfeſſorem ſimpliciſsimũ planéque illiteratũ, fidẽ ſuam in nomine Ieſu Chriſti proteſtantẽ, eum cõuertat: & apud Sozom. vanitatẽ adeò conſectantur Philoſophi, vt ſe facilè diuinaturos putẽt quis Valenti in imperio ſit ſucceſſurus, vnde ab eodẽ interfici iubentur, quod præſtãt inuocationibus dæmonũ & verba execrabilia pro more ſuo vſurpantes: in quo eouſque excreuerat eorũ amentia vt in poteſtate ſua ſitũ

Ser. 87. de temp.

L. 1. cap. 3.

L. 6. cap. 35

eſſe crederent vt tum imperatorem è medio tolleret, tum denuo excitarent: Quod autem

l. 4. c. 7. attinet ad hæreticos, apud Euſeb. Baſilides fal-

l. 5. c. 27. ſos Prophetas inſtituit quos vocat Angelos: & apud eundem, hæreticus Artemon dogma ſuum falſò ad Apoſtolorum tempora refert: ſic apud eundem doloſè diues ex egeno factus

l. 7. c. 24. legitur Paulus Samozatenus, vtpote ſacrilegiis: Atque hactenus de Cyniphe: de locuſta verò de qua expreſſè eſt contextus noſter, ſic

Serm. 87. de temp. D. Auguſtinus, Locuſta eſt animal dente noxium: & ſignificatur in eo ſuperbia hominum malignorum qui ſe inuicem falſis teſtimoniis & proditionibus perſequuntur de quibus D.

Gal. 5. Paulus. *Si inuicem mordetis, videte ne ab inuicem conſumamini*: Recte enim hîc conſideranda videtur diuiſio hæreticorum, iuxta illud, *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra*

Matth. 12 *domum cadet*: & D. Auguſt. ib. per Locuſtam,
" ſemper à ſe diſcordantis humani generis incō-
" ſtantia deſignatur: Locuſta enim cùm regem
" non habeat (ſicut ſcriptura dicit) vna acie or-
" dinata ducit exercitum, homines vero cùm
" rationales à Deo facti ſint, neque ſemetipſos regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulerunt: Cōcludit & idem

In Pſa. 77 cōſideratis locuſtæ proprietatibus, locuſtam eſſe malitiam quę ore lædit, id eſt infideli teſtimonio: hoc eſt quod ait D. Aug. Samſon vul-

Serm. de Samſone. pes capit, ligatis caudis ignē apponit: Caudæ vulpium quid ſunt niſi poſteriora hęreticorū?

qui prima habent magna, blanda & decepto- "
ria opera, poſteriora ligata, id eſt damnata & "
in ignem in fine trahentia, vt eorum fructus "
& acta conſumant qui ſuis ſeditionibus ac- "
quieſcunt. Quid aliud eſt vulpem capere niſi "
hæreticos diuinæ legis authoritate deuince- "
re, & ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis, "
velut quibuſdam vinculis alligare atque con- "
ſtringere? de iiſdem ad depingendos hæreti- "
cos ſic loquitur D. Hieron. Omnes hæretici propter fraudulẽtiam ac nequitiam vulpium ſimiles ſunt, de quibus ſaluator loquitur *vulpes, foueas habent & aues cœli nidos*: & de Herode, ſcriptum eſt, *dicite vulpi illi*: & de iiſdem vulpibus quæ paruulos ſimplicéſque decipiunt, & populantur vineam Christi, Salomõ ait, *capite nobis vulpes paruulas diſsipantes vineas*: hinc non inutiliter faſſus eſt D. Aug. in ſuis Confeſſ. ſe à Philoſophis & iuriſperitis Mediolanenſibus atque etiam ab hæreticis, vana multa & hominem perdere ſufficientia didiciſſe: Ita vt de ſeipſo dixerit, idiotæ rapiũt cœ- *l.4. comm. in Ezec. ca. 13.* *Matt. 8. et 13.* *Cant. 2.* *l.1. & 2.*
l.8. Cõf. c.8
los, nos verò cum ſcientiis noſtris vbi voluta- "
mur quotidie niſi in carne & ſanguine? deni- "
que vt in propoſito de hæreticis permaneamus, quid aliud nos docent quã ſcripturã ſanctã adulterare? vt enim (ait D. Ireneus) ſi quis *l.1. c.1.*
regis imaginem bonam fabricatam diligen- "
ter ex ramis pretioſis à ſapiente artifice ſol- "
uens, ſubiacentem hominis figurã transferat "

gemmas illas, & reformans faciat imaginem canis vel vulpeculæ, & hanc malè compoſitã reformet, & dicat hanc eſſe regis, illam imaginem bonam quam ſapiens artifex fabricauit bonam, per gemmarum phantaſiam decipit idiotas qui comprehenſionem regalis formæ non habent, & ſuadere nititur quoniam hæc turpis vulpeculæ figura illa eſt regis imago: Ita hæretici anicularum fabulas ſumentes, deinde ſermones, dictiones, & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt fabulis ſuis eloquia diuina: Corruptores enim Euangelij ex D. Cypri. extrema ponunt & ſuperiora prætereunt, partim immemores, & partim ſubdolè corrumpentes: vtque ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindant. fuit qui cõtra Orig. obiiceret eſſe & Chriſtianorum ſectas, ideóque à ſectis nos malè ſumere argumentum ad conuincẽdos hęreticos vt ipſe teſtatur: Cui reſpondit nullam vnquam extitiſſe rem magnæ exiſtimationis & communi vitę vtilem quæ non in varias ſectas diſciſſa ſit, vt in variis de medicina & Philoſophia quæſtionibus declarat. Sic enim & Iudaiſmus (ait) ſectarum materiam prębuit, aliis aliter Moſis & aliorum prophetarum ſermones accipientibus: eodẽ enim modo quia Chriſtiana religio magnũ quiddam & admirabile viſa eſt hominibus non tantùm ſeruili ingenio prędicis, verumetiam multis Græcorum eruditis, neceſſariò exortæ ſunt ſectę non

Tract. de ſimplicit. prælatorum

L. 3. contra celſum.

contentionis ſed inquirendæ Chriſtianæ veritatis ſtudio:dum omnes venerantur&admirantur diuinas ſcripturas: Sed varij earum authores intellectus ſuos habeāt vt quiſque aliqua probabili ratione ad interpretandū motus eſt, Nec verò tantum ſemper deferendū eſt Hæreticis vt ſuorū dogmatū ſubtilitate Chriſtianos poſſe vincere exiſtimentur, ne ſibi iniuriam fieri putet qui ſe fortè libenter via ſpiritus ſancti Anabaptiſtis regem præpoſitum proclamaret Ioannes de Leiden, cùm tamen (vt ſartor) literarum planè ignarus extiterit vt habet Surij hyſtoria atque Sleid. Eodem propè iure aduerſum nos agerēt Dauid Georgius qui impudenter per Hollandiam & Friſiam promulgabat ſe eſſe verum Meſsiam & Dei nepotem, non ex carne natum ſed ex ſpiritu: Ionas coccus lutheri, qui ſe à nomine, Ionam iuſtum prædicabat, & Oſiander qui ſe enochum dicebat: hæc circa annum à Chriſto nato 1550. contigiſſe certum eſt: Sed reliqua ex eodem D. Augu. perſequamur, grando (inquit) iniquitas eſt, res alienas auferens, vnde furta, rapinæ, prædationéſque naſcuntur, plus autem vitio ſuo vaſtatur ipſe vaſtator: Pruina, vitium eſt quo charitas proximi ſtultitiæ tenebris uelut nocturno frigore congelaſcit, ignis ex fulgure vel fulgur ipſum, immanitas eſt iracundiæ qua & homicidium admitti poteſt: atque hæc ſunt quæ ſementem miſſam in terram, id eſt verbum Dei miſſum in cor

Li. 10. hiſt.

Serm. 87. de temp.

hominis deuorant ad radicem vſque, vt in corde humano ex eo nihil ampliùs reſidere poſsit, re omnino per horum malorum præſentiam deſperata: Alterum eſt malum in vinea quæ prædicitur vaſtanda vermibus in his verbis: *vineam plantabis & fodies & vinum non bibes nec colliges ex ea quippiam, quoniam vaſtabitur vermibus*. Quid enim prohibet Deum per vermes, vitium vim ſuſpendere, qui per præſentiã dæmonis, arboris quæ Perſis dicta eſt,
Sozo.l.5. ca.20. Hermopoli, quod eſt oppidum Thebaidis, vim ſuſpenſam eſſe permiſit? Primitus enim illius arboris fructus, folium, aut particula aliqua corticis ægrotis admota, morbos à cõpluribus depellebat: ad tempus autem, præſens in ea dæmon eam vim ſuſpendit donec Chriſto Domino cũ Maria matre & Ioſeph. veniente Hermopolim, Arbor illa ei teſtimoniũ perhibens ſe in terram inclinauit, & exinde priſtinam vim reſumpſit: vermes immittebat Deus in manna diutiùs aſſeruatum, quid prohibet in arbores immittere? Immiſit & in corpora complurium, in ſupplicium quidem vt in corpus herodis: in teſtimonium autem
Act.12.c. virtutis & patientiæ vt in corpus Bathei mo-
Sozo.l. 6. c.34. nachi qui tanta vſus eſt continentia tantáque inedia vt ex eius dentibus ſerperent. Moraliter autem (vt quod de manna veteris legis dictum eſt, perſequamur) in verme cæca hominum cupiditas ſignificatur: vt enim ex mãna veteris legis eouſque ebulliebant vermes,

vt putreſceret: ſic eouſque effertur hominum ſuperbia, auaritia, & quæuis malitia, vt non priùs ceſſet quàm hominem in extremam induxerit perniciem, ait D. Auguſt. Quæris fortè ſi manna verbum Dei eſt, quomodo vermes facit? Reſpondetur ex D. Chriſoſt. in 15. cap. Ioan. ad hæc verba, *niſi veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent*: verbum Dei condemnat audientem & non obſequentem: iuſtè autem temporaliter vermibus affligitur, qui ſibi (vilipendens Dei legem) in conſcientia vermem excitat, ob id enim in vermibus ſuppliciũ comminatur Deus, quod pertinere videtur ad hæc verba *vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur*. Eſt enim (vt ait Chromatius) quidam immortalis vermis qui indefeſſa pœna peccatores afficit: nec tamen exiſtimandum eſt perpetuam in vermibus dari maledictionem, ita vt non etiam in eo benedictio intelligatur, ſed cùm homo plerumque faſtu intumeſcẽs quaſi vermis ſibi abiectus & vilis videri debeat, ſi ſecus de ſe ſentiat, & vermibus ſiue in corpore ſiue bonis puniatur, iuſto dei iudicio id fieri, vt in eo humilietur in cuius ſimilitudine humilitatem profitetur Abraham dicens *Ego cinis & vermis*, profitetur & Dauid dum ait *Ego vermis & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis*: Nõ enim exiſtimare debet ſeridiculũ, quiſquis ſe cum verme cõferat ſi eius vim naturámque propius intueatur, dicente D. Aug. neceſſe eſt

Serm. 91. de temp.

Eſa. 66.

conc. 2. in 5. c. Matth.

Gen. 18.

Pſal. 21.

De vera religione cap. 41. fateamur meliorem eſſe hominem plorantem quàm lætantem vermiculum, et tamẽ vermiculi laudem copioſe ſine vllo mendacio dicere poſſum conſiderans nitorem coloris, figuram teretem corporis, priora corporis cũ mediis & media cum poſterioribus congruentia, & vnitatis appetentiam pro ſuæ naturæ humilitate ſeruantia, nihil ex vna parte formatũ quod non ex altera, parili dimenſione reſpondeat: quid iam de anima ipſa vegetante modulum ſui corporis dicam? quomodo eũ numeroſè moueat, quomodo appetat cõuenientia, quomodo vincat aut caueat obſiſtentia quantum poteſt, & ad vnum ſenſum incolumitatis referens omnia, vnitatem illam conditricem naturarum omnium multo euidentiùs quàm corpus inſinuet: Quibus naturę proprietatibus in verme cõſideratis, an non iuſto dei iudicio in verme plectitur, qui ſe verme maiorem ſuperbiendo facit? & rectè certe B. Greg. Ecce vnde diues ſuperbo corde & inaniter gaudet, inde pauper alius ſuperbo corde inanius affligitur, ideo ſimul dormient & opperient eos vermes: in puluere enim dormire eſt terrenis deſideriis oculos mentis claudere, vermes verò qui de carne naſcuntur eos ſimul opperiunt, quia ſiue pauperis ſiue diuitis ſuperbientis animum curæ carnales premunt: & ſi enim non ſimul temporalibus bonis ſubleuantur, ſimul tamen in cura rerum temporalium, mentis torpore ſopiuntur. In

L. 5. Mor. exp. in Iob. cap. 26. in cap. 21.

his anguſtiis ſolatij fortè aliquid afferret proles, cuius (quaſi malorum omnium complementum) captiuitatem prędicit peccanti, & idolis conſentienti populo Deus, quam Oſeæ 9. Amos 6. & 7. & in cõpluribus aliarum Prophetiarum locis, Iſraëli & Iudæis comminatus eſt: Quæ captiuitates (ex D. Aug.) noſtram à qua per Chriſtum liberati ſumus pręſignificabant, ſecundum hoc D. Pauli: *Omnia in figura contingebant illis*, quod idem ex comparatione Pharaonis & Ægyptiorum detinentibus captiuum Iſraëlem & onerum multitudine prementibus cum diabolo errorum, tenebrarum, & illicitæ ac inhoneſtæ libertatis authore demonſtrat D. Chriſoſt. ſed & ipſum magis exaggerat idem author enarratione in 4. c. Eſaiæ ad hæc verba. *Filius tuus quem diligis, pulcherrimus, gladio cadet, & fortes veſtri gladio concident.* Hæc enim calamitas (ait) eſt ipſa captiuitate acerbior, atque eam licet non ſolùm duplam dicere ſed triplam & quadruplam. captiuitatis exempla in hunc locum congerere ſuperfluum videtur, cùm ſatis multa ſuperiore Homilia propoſita ſint. Reliquum eſt vt ſciens non eſſe conſilium aduerſus dominum, cogitet eum miſericordiam ſuam iuſtitię trutina adhibita hominibus impartiri, ne vel peccator in peccato intrepidè ac incunctanter perſeueret, vel qui peccarit in deſperationẽ incidat, nemo putet ſe ſufficiẽter aduerſæ valetudini mederi poſſe, aut in ea ſe ſuis

In Pſal. 64. & 83.

1. *Cor.* 10.

To. 4. *Ho.* 15. *in* 5. *c.* 1. *Cor.*

bonis & liberis proſpicere vt iudicium Dei declinet, ſed ſummum eſſe ac egregium quiddam in peccatore veniam ſtatim poſt peccatũ à Deo precari, in aduerſitate & anguſtia ſolatium, & denique in tempore iracundiæ, miſericordiam: quam nobis impartiri hic dignetur, vt vitam cum beatis in gloria tandem concedat æternam. Amen.

HOMILIA OCTAVA.

Ibid.

Aduena qui tecum verſatur in terra aſcendet ſuper te, eritque te ſublimior, tu autem deſcendes & eris inferior: Ipſe erit in caput & tu eris in caudam & venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te donec intereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius, nec ceremonias quas præcepit tibi.

DIFFICILE eſt hominem retinere in officio ſiue erga Deum ſiue erga homines, facillime enim præſente voluptate à ſui ipſius cognitione abducitur. Sanus, ſe ſemper ſanum fore putat ſi cibo & potu modicè vtatur, diues ſe diuitem fore ducit perpetuò, paupertatem non metuens, ſi con-

ſeruandarum diuitiarum, atque adeo occultãdarum modum inuenerit, quaſi etiam in corporibus ſanis, in bonis occultatis vel arte humana aduerſus externas iniurias munitis, virtus & iuſtitia Dei non poſsit innoteſcere: ſed, eſto, in hæc duo potentiam ac iuſtitiam ſuam Deus non exerat, an deerit ei alius in peccata hominum vlciſcendi modus ? nequaquam certe. Sed ſi quis dicat. Ego in voluptatibus ſeculi permanẽs, mandata & ceremonias legis non ſeruans, ſacerdotes Domini inhonorans, prædicatores, & ſpeculatores vitæ meæ negligens, horum malorum ne minimum quidem ſentio : fabuloſa ſunt ergo, vana, & tantùm comminatoria quæ prędicas. Ego eum rogatum velim, num durum ſit quodcunque intus latens malum ab aduena nobis incognito? ſi enim (vt ait Lact.) prouidit Deus quatenus cultoribus ſuis præſtaret quietem cũ mãdata eius ſeruarent, & tamẽ emendaret eos cũ præceptis non obtemperarẽt, iuxta illud pſalmographi: *niſi conuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrauit &c*, & hoc pſ. 35. *iuſtitia tua ſicut montes Dei, iudicia tua abyſſus multa*: ſuperiorum malorum nullo in delinquentem immiſſo, non ſtatim inferendum eſt, nec vllum aliud Deũ immiſſurũ: itaque ſi tãto eſt malũ quodcũque acerbius quãto eius origo magis incognita, quodnam periculoſius ſuppliciũ immittet Deus hoc, latẽte inter noſtrates barbaro ſiue quouis aduena, per quẽ quotidie noua flagella & tormẽta

l. 5. de iuſti. cap. 23.

Pſal. 7.

Pſal.37. ſuſtinebimus dicente indeſinenter vnoquoque noſtrum, ***Ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper***, incorrigibilem ergo ſequetur iudicio diuino ſupplicium ab

aduena { ditiore ſe / honoratiore / & potentiore.

Si enim qui ſibi conſcius non eſt rectè ait, ***prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.*** *Pſal.15.*

Quid dicet apud ſe is quem diu noctúque ſtimulãt ſuorum ſcelerum conſcientiæ ? qui igitur ſecum alienigenam degere videt, & ſe neſcio quibus malis artibus ad rerum omniũ penuriam adigi ſentit, malique ſui cauſam aut planè ignorat, aut ſi eam pulchrè callet, exprimere tamen citra aliquam iacturam non poteſt, nunquid ſe in Deum ſuum peccaſſe fateri debet? ac ſi ſe in ſuo infortunio perſeuerare obſeruarit, an non obdurato ſuo cordi huius mali cauſam tribuet? Malum autem vulgatiſſimum per aduenãm inuehi ſolitum hoc eſt, paupertas, impius omníque dilectione carẽs dominatus, libertas illicita omnium malorũ facilè mater, per quam ſpoliatum iuſtitia & legibus regnum, fit latrocinium, ait D. Aug.
L. 4. de ci. Dei cap. 4. Quàm ſit autem durum onus paupertatis diſcat vnuſquiſque ex hoc Pro.15. *Omnes dies pauperis mali*, ratio eſt lib 14. *quia etiam proximo ſuo pauper odioſus erit* & Ib.18. *pauper cum obſecratio-*

nibus loquetur, & diues affabitur rigidè, & Ib.19. *fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo.* Potentia quidem generalis qua aduena ciui patriæ præualet nota eſt in vocib' aſcēſus, & deſcēſus ſpecialis autē ratio primū deſcribitur in fœnerādi vocabulo, quod in malā partē ſumi vel hoc deſignat, quòd alioqui non daretur in eo maledictio: eſt autem hoc quod vſura vulgo dicitur, cùm teſte D.Ambr. ſupra id quod datur aliquid acquiritur, quod quotcunque modis fiat, damnabile eſt dicente D.Greg. plerique refugientes pręcepta legis cùm dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia vſuram exigūt, ſed de mercibus eorum tāquam vſuram emolumenta percipiunt, ideo audiant quid lex dicat, *neque vſuram eſcarum accipies neque omnium rerū quas fœneraueris fratri tuo.* Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcunque ſorti accedit vſura eſt, quod velis nomen imponas vſura eſt ait D. Ambr. Quod etſi nemo lucri cupiditate inexplebili illectus non libenter præſtet, extraneus tamen qui hic aduena dicitur, præ cæteris libentiſsimè præſtabit, quippe longè minori fœdere aut amicitiæ iure quā noſtratum quilibet nobis ſociatus. Quod quàm ſit durum ipſa ſceleris enormitas ſatis per ſe declarabit, ex legibus quibus aduerſus fœneratores ſiue vſurarios animaduertendum cenſuerunt priſci, ſequentibus Alexand. ab Alexand. exemplis: Lycurgus enim (vt

l. de Thobia cap. 14.
l. 12. in Iob. cap. 25.
Deut. 23.
Ib.
Saluianus, l. 5. de prou. & iudicio Dei.

L.1.cap. 7. ait)è tota Sparta fœnus & vſuras ſic exterminauit, vt ne vmbra quidem harum rerum appareret amplius. Agis item Athenienſium dux, adeo fœnus exoſum habuit vt omnium fœneratorum tabulas igne ſuppoſito in foro
idē l.4.c.6. concremarit, quo igne nullum clarius lumen vidiſſe ſe Ageſilaus dixit. In fœnoris odium legem tulerunt Thebani vt ad publica munera nemo accederet, niſi qui 10. annis à mercimoniis abſtinuiſſet: Indis & germanis, conſuetudo fuit condemnandi furem dupli, fœneratorem verò quadrupli, adeo inexpiabili odio fœnus proſecuti ſunt: hinc Romanorum Aedilium munus fuit eos qui plus quàm lege; definitum erat agri poſſiderent accuſare,
Ib.c.3. & fœneratores omnes coercere. Et M. Cato
idē l.1.c.7. in fœnore coercēdo duriſſimus, fœneratores ex tota Sicilia exegit, eámque ære alieno obrutam in priſtinum decus reſtituit: hac contagione in Ægyptios & Athenienſes latius ſerpēte, plurimis decretis per eoſdem cautum eſt ne ob fœnus corpora adiudicari vel addici poſſēt, neue ſuper corporibus fœnerari fas foret nec citra debitoris facultatē ſæuire. Quod ſi gentes ita deteſtatę ſunt, cur non Iudæis in pœnam, Chriſtianis quoque eorum benedictiones hæreditario iure poſſidentibus fore, ex hoc textu putetur? Ac in pœnis indicendis
Can.10. vſurario nunquam abhorruit ab hoc gentiliū ritu catholica eccleſia quæ in Cōcilio Elibertino habito circa tēpora ſylueſtri Papæ. 1. hu-

ius nominis hoc indixit de Clericis & Laicis vſurariis. Si quis Clericorum detectus fuerit vſuras accipere, placuit degradari & abſtinere: Si quis etiam Laicus probatur accepiſſe vſuras & promiſerit correptus ſe iam ceſſaturum nec vlterius exacturum placet ei veniã tribui, ſi vero in ea iniquitate durauerit, ſciat ſe ab eccleſia proiiciendú eſſe: quod ne parum authoritatis habere videatur comprobatum eſt & in Concilio Lugdunenſi generali ſub Greg. 10. quo prohibetur ſacerdos quicunque manifeſtos vſurarios ad confeſſioné admittere ſiue ipſos abſoluere, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum facultatum viribus præſtent idoneam cautionem. Ac ne quis obiiciat in ea quæ de vſura dicta ſunt, vſuram aut nullo modo, aut leue crimen eſſe, ideóque prçſumat vſuras licitè exercere, de ea re hoc habet concilium Viennenſe generale ſub Cleméte 5. ſi quis in illum errorem inciderit vt præſumat aſſerere vſuras exercere non eſſe peccatum, decernimus eum vt hçreticum puniendum. Locorum nihilominus ordinariis & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictiùs iniungẽtes, vt contra eos quos de huiuſmodi errore diffamatos inuenerint aut ſuſpectos, tanquam contra diffamatos vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant. Quod idem habetur in Clement. l. 5. tit. 6. can. ſane
Ratio huius Canonis cunctorunque qui pœnas fœneratoribus iniungunt ſcitè hæc

In. Pſ.14. traditur à D. Baſ. Canes accipientes manſueſcunt, fœnerator verò accipiens irritatur, non enim cõquieſcit allatrãs ſed plura expetit. Atque hoc malo gens externa incognitos ſibi populos apud quos authoritate præualere cœperit, ferè ſemper grauat, iuxta illud Dauidis, *de plateis eius non deficit vſura & dolus.* *Pſal. 54.* Obſeruandum autem pop. Deo infeſtũ ab externis vexari ſine eorum reprobatione, vt ſciri poteſt ex Iudith & Eſter, quæ ad vindicandã pop. Iudaici libertatem excitatæ videntur: interdum verò & cum ipſorum alienigenarũ reprobatione: nunquid enim & Deus ipſe cõminatus per Prophetas ſe vlturum in perfidiã ſui populi, deſolationem quoque externarum gentium per quas ſuo pop. bella excitabat, per eoſdem prædicit? Exemplum particulare ſit *3. Reg. 16.* in Ieſabel filia regis Sydoniorum quę propter Achab Iſraëli imperauit cuius tyrannidem quã in Dei Prophetas & ſacerdotes exercuit, trium annorum continuorum ſiccitate admi- *Ib. 17. et 18* rabili vltus eſt Deus, vt ait D. Amb. Huic Da- *De Elia & ieiunio c. 2* uid inter bona promiſſa hominibus per priorẽ aduentum Chriſti Domini, liberationẽ ab vſuris prædixit, *Redimet* (inquit) *animas pauperũ ex vſuris & iniquitate.* Secundus gradus potentiæ eiuſdem eſt in his verbis, *ipſe erit in caput & tu eris in caudam*, Quod, ſi qua via fieri poſſit exquiris, hanc credo vulgariorem nemo negabit, ait Dominus per Prophetam: *ecce oculi Domini ſuper regnum peccans, & conteram illud*

illud à facie terræ. De rege autem Deo non ſer- *Eccle.10.*
uiēte,eſt hoc, *rex inſipiens perdet populum ſuū*: At-
qui vt habetur Iob.34. *De⁹ facit regnare hominem
hypocritā propter peccata populi*: Si ergo naturalis
ratio dictat Regis eſſe bene cōſulti, ac pariter
principis ad honorum & dignitatum gradus,
primùm proprios ciues,dtinde aduenas pro-
mouere: Cur non obdurato in peccatis ſuis
populo, Herodem faciat regnare Deus qui re-
gni ſui quibuſlibet ciuibus neglectis, externis
autem ad quoſcunque honorum gradus pro-
motis cuncta quidem euellat,deſtruat,diſper-
dat,&diſſipet,nihil autem ædificet aut plātet?
quod ſi quibus artibus regi aut ſummo cuiſ-
que regni moderatori innoteſcat alienigena
perquiris, licita ac cōceſſa per impium regem
quem deus malis ſiue peccatis populi puniē-
dis excitarit,dignitatum ac officiorum vendi-
tione, pecuniis quas ſibi ex quæſtu vſurario
callidè cōquiſierint dignitates&officia grada-
tim ſibi procurant,& ſi quando officiorum&
dignitatum ratione ob publica negotia in re-
gis oculos prodeundum fuerit, vt frequentiſ-
ſimis ſalutationibus, ita promptiſſimo in re-
bus aſſenſu & obſequio eius ſibi animum cō-
ciliant, quod dum multoties iterarint libera-
lis ac potius magnifici principis animum ine-
ſcantes omnimoda facilitate,quicquid in eius
poteſtate ſitum eſt promeriti videbũtur, &ſic
quotieſcunque eum oratores adibunt, exora-
tores redibunt: eóſque vt plurimum hac for-

tuna gaudentes adeóque ipſorum ciuium fortunam ſuperantes populus cæcus, rerũ nouarum cupidus facillimè ſuſpiciet, quod, cùm Dei iudicio fiat non putet ſibi quiſpiã in externum maiorem ſe, adeóque ſibi dominãtem inſurgere ac ſæuire licere: Neq; enim Moyſes in Ægyptios ſupra modum inſoleſcentes de poteſtate ſua, ac de oppreſſione Iſraëlitarum, deſæuiit, ſed expectata Dei potẽtia ſigna fecit quæ ad eorum terrorem & pop. ſui liberationem facere iuſſus à Deo fuerat. Sed & hoc admirandũ ab aduena aut quouis adulatore plerumque ad magnificentiæ opera ſub nomine regio magnates ſic induci vt ſuos Theſauros breui exhauſtos facilè ſentiãt. Quod Caligulæ cõtigiſſe Narrat Suetonius, qui cũ ob ſumptus citra modũ factos non haberet vnde filiã ſuam nubilem dotaret, ſtetit Calendis Ianuariis in ædium veſtibulo ad captãdas ſtrenas & ſtipes quas plenis ante eũ manibus ac ſinu diuerſa turba fundebat, adeò eum premebat rerũ penuria vt à pop. palam pecuniam accipere nõ erubeſceret. ſed & quis neget edoctum ab aduena populum vſuras exercere, pro iiſdẽ ab eo reũ apud magiſtratũ depoſci ſiue cũ eo, ſiue cũ conciue ſuo vſurariũ contractũ iniiſſe probetur? quod dũ fiet, videris etiã (quod diuino iudicio fieri putandũ eſt) domeſtico homini ſiue patriæ ciui corã aduena reddẽdam eſſe de initis eiuſmodi cõtractibus vſurariis rationẽ, ita vt nullus excogitari poſsit humano animo

delinquentem plebē vexandi modus, qui non facilè aduenę in nos domināti ſit cōpertus: ita deſertor dei ſui ab eo per quem in ſuo ſtatu conſeruandus eſſet, vtpote magiſtratu deſertus, genti incognitæ dilaniandus ac miſerè diuexandus traditur, ſentitque in corpore & bonis corporis afflictionem qui Deum quem *in ſpiritu & veritate* non autem ficto animo adorare debebat deſeruit vt carnis & concupiſcētiæ libertati inſeruiret, quam ſciebat ſpiritu mortificandam eſſe. In potentia etiā & imperio præualere cenſetur aduena, cùm qui eius malis artibus ad extremam penuriam deuenit ignobilis cenſetur, cùm tamē genere ſit nobilis: hoc enim fere vbique commune malū eſt quod (ait Saluianus) nobilitas inter imperitos diuitiis æſtimatur quo tamē nihil imperitius: vt vel hoc Herodis & Bradeæ exēplo liquebit. Etenim cùm Herodis ſophiſtæ vxor nomine Regilla ab eo ob peccatum cædi iuſſa eſſet eſſētque grauida, & immaturo partu naturæ cōceſsiſſet, eo nomine à Bradea vxoris fratre, reus depoſcitur Herodes ſophiſta apud Romanū Senatū, vbi Bradeas & habitu & oratione prolixa ſui generis nobilitatē gloriat' de cauſa ſua pauca attigit, in laudibus verò propriis totus immorat': cui Herodes ait, tu (inquit) in aſtragalis nobilitatē tuā geſtas: nōenim homini niſi quę ab ipſo profecta ſūt ornamēta tribuēda cēſetur dicēte poëta. *Nā gen' et proauos et quæ nō fecrin' ipſi, Vix ea noſtra voco.* Vt cūq; ergo res habeat

Io. 4.

Rom. 8. c.

L. 3. de pro. & iudicio.

Cælius Rhodiginus l. 11. antiq. cap. 27.

à virtute an à genere petenda ſit nobilitas, ridiculum ſit iuxta huiuſmodi aduenarum conſuetudinem, eos quos vſuris & infinitis technis oppreſſerint ratione penuriæ ignobiles ducere. Sic enim & diues pacificus in ciuitate commorans, cui tributum imperabitur, ruri autem detrimentum afferet direptio ab excurrente milite, tandem dicetur ignobilis: ſic doctiſſimus quiſque & virtutis amator in inopia ſua ignobilis cẽſebitur ac vilipẽdetur, & ſolus diues etiãſi perditiſsimis ſit moribus nobilis erit, quod tamen oppugnat Philo Iu-
l. de nobilit. dæus his verbis: Malis hominibus prognatis
„ ex honeſtis maioribus nullus locus eſto inter
„ nobiles. Quid enim prodeſt oculis orbato
„ ſuorum maiorum perſpicacitas nequaquam
„ hæreditaria? Quid prodeſt ad dicẽdum elingui, paterna vel auita eloquentia? Quid cõferunt ad vires tabe diuturna ex ſucci aridíque & vix oſſibus hærentis principes generis propter Athleticũ robur aſcripti factis olympiacis? Imo quid etiam ſi fuere victores in omnibus ſacris Græciæ certaminibus? Certe nihil ea de cauſa decedit vitiis corporis, nullã opem ex præterita familiæ fœlicitate ſentientibus: ad eundem modum iniuſtis liberis iuſti parẽtes, luxu perditis, ſobrij, & in vniuerſum malis boni nullam vtilitatem afferunt: ſicut nec iura iuris violatoribus, ad quorum contumaciã pœnis coërcendam inuenta ſunt. Et ſunt leges non ſcriptæ, nimirum vita exempláque ſectã-

tium virtutẽ hominum: Ideò puto ipſam nobilitatem ſi Deus ei formam humanam daret ſic allocuturam iſtos contumaces poſteros. Gentilitas non ſolo ſanguine æſtimatur apud veritatis iudicem, ſed factis ſtudiiſque ſimilibus: At vos in contrarium tenditis, quæ odi amatis, quæ probo improbatis & auerſamini: apud me honor eſt pudori, veritati, moderationi, modeſtiæ, innocentiæ, vos hæc in nullo pretio habetis, denique ex D. Greg. nyſſ. ſicut lateres figulini ex luto tantùm originem ducũt, ſic nobilitas ex obſcuris quoque parentibus naſcitur. Ac ſi hoc malũ nobilitati patriæ inuehit aduena poſt oppreſſionem; vt ei quoque ornamentum generis adimat quod ſibi per conquiſitas mala arte diuitias callidè aſſumat, quid quæſo maioris mali popularibus hominibus non inferet? hæc mala ſuper ſe venientia qui non præuidebit vt iis ſe eximat cũ periculo ſuo ea experietur. Melius ergo erit peccanti ſi pœnitẽtia ducatur quàm ſi impœnitens Deum magis ac magis prouocet ad vindictam dicente Tertull. Cur ceſſas aggredi quod ſciąs mederi tibi? mutæ quidem animæ & irrationales medicinas ſibi diuinitus attributas in tempore agnoſcunt. Ceruus ſagitta transfixus vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamo medendum. Hirundo ſi excæcauerit pullos, nouit illos oculare rurſus ſua chelidonia, peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino

Apud Ant. Mo. in meliſſa.

l. de pœnitẽtia.

exomologeſin ſciens, præteribit illã quæ Babyloniorum regẽ in regna reſtituit, quod qui nõ faciat, diſcat aliorum ſapere incommodo.
l.9.ca.28. Conſtantius imperator Arrianus infœlix in bellis fuit ex Niceph. Call. & in vitæ exitu cõqueſtus eſt de innouata religione, atque in iis
l.2.c.32.& l.3.c.1. gemitibus expirauit, ait Theo. in hiſt. eccl. Iuſtinianus imperator cũ extrema ætate in Aphthartodocitarum hæreſim incidiſſet & Anaſtaſium Antiochenum Epiſcopum alióſque miniſtros ſibi aduerſantes loco mouere conaretur in furorem verſus expirauit, quæ duo ſunt
Zon. to.3. priuatorum virorum exempla, teſtimonium de Deo per ſe vel per hoſtem viſibilem ſupplicium de iniquis ſumente. Sunt autem & hæc vltionis diuinæ in vniuerſam alicuius gentis aut ciuitatis plebem: Cadabes rex Perſarum multa hominum millia ex hęreſi manicheorũ, eo quòd filium ſuum Phatuarſan manicheum patre adhuc ſuperſtite regni ſucceſſorem petierant ferro in Chriſtianorum conſpectu in-
l.15. in Iuſtino. teremit, ait Paulus Diaconus: Giſulphus Longobardorũ rex pacis ſtudio in ſuo regno & Arrianis & Orthodoxis eccl. perm ittebat, ob id Caianus dux Auarum, Foroiulium obſidet, Giſulphũ interficit. Romilda Caiani nuptias Foroiulij mercede pacta poſt primã noctem militibus dimittitur, tandem palus per ſinum muliebrẽ adigitur. Viri & adoleſcentes inter-
l.4.c.12. ficiuntur, pueri & puellę vendũtur. Hæc Paulus Diaconus. Hęc mala nobiſcum aſſiduè re-

putantes partim à morbis partim à penuria rerum partim ab aduena nobis latenter dominante & vim afferente id agamus quod homo in cruce poſitus, ait Euſeb. Emiſſ. cui mortua ſunt quęcunque per ſenſum externum animũ in ſeruitutem redigere conſueuerunt qui omnia ante oculos præteruntia velut tranſacta iam reputat, quia extremã horam ex hoc mũdo migraturus expectat: ſic nos qui animas noſtras ad contritionem abſtinentiæ & crucẽ Chriſti pro æternæ ſalutis remediis cõferre ab eccleſia edocemur, obliuiſcamur priſtinas cõſuetudines & male blandas mũdi ſeductiones, obliuiſcamur cõcupiſcentias quæ de cœleſtibus mentem in inferiora deuoluunt, quod vt præſtare poſſimus concedat nobis dignè & laudabiliter ad ſe conuerſis, Deus trinus & vnus Pat. & Filius & Spiritus ſanctus, Amen. *Ho ad pœnitentes.*

*

HOMILIA NONA

Ibid. *Erunt in te ſigna atque prodigia in ſemine tuo vſque in ſempiternum, eo quòd non ſeruieris Domino Deo tuo in gaudio cordiſque lætitia propter rerum omnium abundantiam: Seruies inimico tuo quem immittet tibi dominus in fame, ſiti, nuditate & omni penuria, & ponet iugũ ferreum ſuper ceruicem tuam donec te conterat.*

Eſa.5.habetur. *Væ qui dicitis malũ bonũ, & bonũ malũ ponẽtes tenebras Lucem & Lucem tenebras, ponentes amarum in dulce & dulce in amarum: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris & coram vobiſmetipſis prudentes: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum & viri fortes ad miſcendam ebrietatem, qui iuſtificatis impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo, propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum vt puluis aſcendet: abiecerũt enim legem Domini exercituum et eloquium ſancti Iſrael blaſphemarunt.* Imprecatio eſt digna ſapientibus mundi qui de rebus ſiniſtrè iudicant non ſe-

cundum Deum ſed ſecundũ ſe: hæc enim (ait *l. 2. comm.*
D. Hiero.)dicuntur aduerſus eos qui malum *in Eſaiam.*
non putant ſi bono detrahant,& ſi malum
laudent vt fecerunt iudæi petentes Barrabam *Matt. 27.*
&crucifigere volẽtes Ieſũ:Quæ enim conuen- *2.Cor.11.*
tio lucis ad tenebras, Chriſti ad Belial? Rectè
enim ait Salomon, *multa via hominibus viden-*
tur recta, ſed nouiſſima eorum perueniunt in profun- *Prou.14.*
dum inferni, ſubiungit & D. Hiero.Ib. Radix
« malitiæ eorum reducetur in fauillam, & om-
« nis flos & pulchritudo diuitiarum compara-
« bitur pulueri quia his gradibus peruenerunt
« ad blaſphemiam: Poteſt autem radix in malis
« cogitationibus intelligi,fructus autem & ger-
« men in malis cogitationibus ac operibus, vt
« quod in radice latet monſtretur in germine,
« vtrumque autem Domini incendio vorabi-
« tur. Vnde Cyrill. Hieroſo. Obcæca (inquit) *Catech. 6.*
libidinoſas cogitationes &ſeruabitur homo,
excæca furis rapacitatem,& ſaluabitur homo,
ſed ſi non vis de hoc ita ſentire eſt alia inter-
pretatio, Obcæcat ſol, lippos,& ex oculis la-
borantes,male affectos,propter luminis vim,
non quod ſol habeat vim obcæcãdi,ſed quod
corrupta videntis natura videre per ſe nõ poſ-
ſit:ſic &infideles ægrotãtes nõ poſſunt videre
diuinitatis radios tãtaque exiſtente in corde
hominũ duritie cordis, fit vt eum mali futuri
præmoneat Deus ſignis & prodigiis, ne dum
hora iudicij diuini ſuper peccatorem venerit,
excuſationem ignorantiæ prætexere inten-

dat : ſunt enim certè hæc extrema in extremis malis remedia, quorum loco quæcunque adhibere nituntur homines, inutilia futura ſunt dicente beat. Chriſoſt. ſicut magnæ deſidiæ
Ho.6.ad tu. magnæq́ue ſocordiæ eſt, eos deſpicere quos immutandos in melius non deſperamus, ita eos qui deſperabiliter languēt curare contendere, ſtultitiæ ingentis eſt, atque extremæ de-
Ho.6.ad Heb. mētiæ: quia (teſte eodem) vt ſolidata corpora & dura non obſequuntur manibus medicorum, ſic & animæ obduratæ nō obſequuntur verbo Dei: quo in malo etiam intolerabile quodque medicamentum quærendum eſt vt vel omni lapide motò, animam ſuam liberet paſtor animarum, ac eum diligere Deus cenſendus eſt, quem ab homine monitum durè corripit, itaque peccatorem admonitū ſignis & prodigiis præmonet vt diſcat reſipiſcere.

Ex { Ipſis ſignis & prodigiis
Fame, ſiti, nuditate
Hoſtili iugo. }

In.7.c.Eſ. Signū ergo hoc habere debet inprimis, vt inſigni nota à cæteris diſtinctū ſit ait D. Chr. conueníτque vt cōmunem rerū ſeriem prætergrediatur, ſimul & conſuetudinem tranſcendat naturæ & nunquam ſit priùs auditum, ita vt illud ſinguli quique ſpectatores & auditores approbent ſuo applauſu ac fauore: inſigne enim nō erit ſi delituerit intra rerum aliarum communitatem, quod de conceptura B. Virgine dicit, eius conceptionem ſignum vocans

iuxta Eſaïam: differt autē ſignum à beneficio Dei, ex eodem, quod ſignū poteſtatis Dei eſt cùm repugnat naturæ: beneficium autē manſuetudinis & clemētiæ, quod vel ex Lazari ſuſcitatione perſpicuū eſt in qua aliud eſt quod ſignū dicitur, aliud quod beneficiū: nec verò putandum eſt ſigna omnia eſſe à Deo, dicente eodem, Deū ideo falſa ſigna quondā fieri permiſiſſe vt abundantiùs vera monſtraret: propterea enim & pſeudoprophetas tēpore Prophetarum, & pſeudoapoſtolos cum Apoſtolis apparere permiſit, vt diceres quia ſplendētes vbique eius virtutes nequaquā poſſet obſcurare ſimilitudo quædam & vmbra virtutum, hinc vult quoque *hæreſes eſſe vt probentur qui fideles ſunt in Chriſto Ieſu*, & ait D. Auguſt. ſigna prodigia & ſanitates etiam peccatores in nomine Domini facere ab eo didicimus, & cum alios hac præſumptione iuuent, ſibi per ambitionem humanæ gloriæ nocent, quia gloriantur in dato falſo non meritis debito: ac fit quidem ſignis & prodigiis Chriſtianus clarus, non tamen ſanctus, quippe ſi intemperatis & aſperis moribus agat, temperatis autem & placitis moribus etiam abſque ſignorum efficacia & ſanctum & perfectum Dei hominem fieri recte credimus: hæc vel perſonalia ſunt vt Moſis, Ioſue, Heliæ, Ezechiæ, Magorū, ac Chriſti: vel cōmunia, vt victoriæ Iſraël, captiuitates Iſraëlitarū & Iudęorum: deſcēſus ſpiritusſancti in die Pētecoſtes:

H. 66. in. 12 cap. Io.

Ho. 4. de laudibus d. Pauli.

1. *Cor.* 11.

De eccl. dogma. c. 84.

vtriuſque autem generis eſt & alia diſtinctio in bona & mala. Prioris exemplum in perſonalibus ſit, hoc quod Gedeoni in vellere & aqua datum legitur Iudicum 6. & 7. portendẽs illi victoriã de Madianitis. Hoc quoque quod cõfeſſus eſt Dion. Areopagita patiente Chriſto, cùm obſcurato ſole dixit aut mundi machina euertitur aut Deus naturę patitur. Hoc quoque Cõſtantini Magni quo ei in oriente ſignum crucis viſibiliter de cœlo apparuiſſe legitur apud Euſeb. Commune autẽ hoc fuit quo legitur apud Zon. to. 3. Annal. Occiduorum Chriſtianorum in orientem profectio ſignificata cœlitus, infinita locuſtarũ multitudine orta ab occidente, & tanta, vt intér volãdum nubibus æquipararetur & ſolem obumbraret: hoc quoque quod Fucherius Carnotenſis in hyſtoria rerum geſtarũ ab anno 1095. vſque ad 1124. narrat, ſe vidiſſe in illa expeditione, in qua fuit capellanus Balduini fratris Godefridi ducis Lotharingi, milites in illam expeditionem proficiſcentes, inopia iumẽtorum vſos fuiſſe ad ſarcinas ſuas veruecibus, capris, ſuibus, arietibus, interdũ etiam equitaſſe bobus, ſed hoc quod idem narrat, die quo expugnata eſt Hieroſolyma, ſol retroceſſit aliquot gradibus. Poſſunt excidij Hieroſolymitani ſigna peti ex Euſeb. in eccleſiaſt. hiſtoria: ſed ſeptẽ quæ cladem Africanã præceſſerunt, iis non lõgè diſſimilia peti poſſunt ex Victore Vticẽſi in deſcriptione perſecutionis Africa-

Dio. cart. in 17. cap. actuum ap.

l. 1. de eius vita c. 29. & 30.

Cap. 5.

Ib. c. 21.

l. 3. c. 5. 6. 7 & 8.

L. 2.

næ : habet fortè lector præ manibus librũ hyſtoriarũ prodigioſarum, in quo multa noſtra propè ætate facta narrãtur ſigna, quæ miſeros hominũ caſus ſubſecutos portenderunt. Sed & ſignorum iræ Dei ſigna indubitata cõſideremus in cauſis motus terrę ex Pauſania: eũ enim hæc vt plurimũ ſigna præſagiunt: pluuię vehementes & diuturnæ, aut ingẽs ac diutura ſiccitas: Aër paulò calidior initio hyemis, ſicut eſſe ſolet verno tempore: ſol præ ſe ferens circulum & globum ſuorũ radiorum obſcuriorum ſolito aut rubicundiorum, vel paulatim nigreſcentium: ſcaturigines aquarum deficiũt: venti ſunt impetuoſi vſque ad euulſionem & euerſionẽ arborum: ignes currentes cũ ingentibus flammis apparẽt in cœlo & aëre: figurę aſtrorũ inuiſæ timorem incutientes videntibus eas: flatus ex hiatu terræ in faciẽ crebri: his ſignis moniti fuerũt Ferrarienſes, & tãdẽ motũ terrę non ſine magno ſuo detrimẽto probarũt, 1569. eorum malo ſapere diſcamus. Motus terræ aliud inſigne exemplum extat apud D. Greg. Tur. Hæc quoque nemini non ſuſpicienda ſigna ex eiuſdẽ Annal. accipiamus ad propoſitũ facientia. Tẽpore Chilperici (inquit) Luna ecclipſim paſſa eſt intra Turonicũ territoriũ: verus de effracto pane ſanguis effluxit: muri vrbis Sueſſionicæ corruerunt: apud Andegauẽſem vrbẽ, terra tremuit: intra muros vero Burdegalenſis oppidi ingreſsi lupi, canes deuorauerunr, nequaquã hominẽ metuentes:

L. 7. Achaicarum.

L. 4. Annaliũ c. 30. L. 6. ca. 21.

per cœlum ignis diſcurrere viſus eſt,ſed &Vaſatenſis ciuitas incendio concremata eſt, ita vt Eccleſiæ & domus eccleſiaſticæ vaſtarentur: quorum omnium iuxta ſententiam D. Chriſoſt. adeo inſignes ſunt notæ vt non temere ſigna dici videantur. Eſt autem prodigium ex D. Aug. quod aliud portendit,&prodigiũ eſt appellatum quaſi *porrodicium*, quod porro dicat,porro ſignificet, & aliud portendat,quod ait ad hæc verba Ioannis, *niſi ſigna et prodigia videritis*:& idem ad hæc verba Pſal.70 *tanquam prodigium factus ſum multis*: prodigium (inquit) ſit omnibus quiſquis credit quod nõ videt contemnens ea quæ pręſentia ſunt,cùm pręſertim beati huic ſeculo in his quæ vident exultent, in potu, in luxuria, ſcortationibus, auaritia,diuitiis,rapinis,ſecularibus dignitatibus,&dealbatione lutei parietis: Apud Euſeb. legitur eo tempore quo maximè furot Diocletiani & Maximiani in Chriſtianos deſæuiebat, & ad omnia genera ſuppliciorum in eoſdem nulla ætatis ratione habita prorumpebat, diem ipſum prę lugubri prodigij calamitate obſcuratum: Apud Niceph. Call. legitur tempore incurſionis gentium Barbararum in Romanos fines,prodigia horrenda in cœlo,terra, maríque edita,partim ea quę Romanis contigerũt, partim etiam miſerum exitũ eorũ qui B. Chriſoſt. inſectati fuerãt portendentia : præter ea verò quę ex prodigioſis hiſtoriis depromi poſſũt, hoc quod noſtrą

In deſcrip. ſigni.

Tr.16. in 4.ca. Ioan.

L.2. de vita conſt.c.51

L.13.c.36.

ætate in ſũma Galliæ noſtræ afflictione viſum eſt mirabile eſſe debet in animis noſtris, quod anno à Chriſto nato 1566. ante Meldenſem conſpirationẽ cõtra Car. 9. (cuius animæ perpetuã pacẽ precemur) in ciuitate quadã orientali nomine Capha, viſa ſũt duo prodigia. Tres quidẽ ſoles, per 3. horas, à multis millibus hominũ, quorũ vnus in orientẽ, alter in occidẽtẽ ſeceſſit, medius vero in eodẽ loco ſtetit vſque ad veſperã donec celeriter declinauit in occidẽtẽ: viſus eſt & arcus includẽs crucẽ ornatam ſtella in cornu ſuperiori, quę res profecto perraræ fuit ſignificationis: hæc deuotus quiſque Catholicus è noſtris Gallis, liberè accõmodet ad indeclinabile propè totius noſtræ nationis periculũ quod non niſi diuina nos protegẽte gratia declinari potuit. Si enim Chriſti nati iudiciũ in ſtella Magis oriẽtalibus Deus optim' præbere voluit, cur nõ in triplici ſole, & cruce, afflictæ in Gallia eccleſiæ ſignũ orientalibus iã Chriſtianã religionẽ hilariter amplecti incipiẽtibus præbuiſſe à pio Catholico exiſtimetur? De veritate autẽ vtriuſq; viſionis ſi quis ambigat, Norit à Renato vigerio vicecomite Parmiẽſi tũc apud Cõſtant. degẽte nobili cuidam Gallo cui eã acceptã fert quidã noſtri tẽporis Coſmog. perhibitũ fuiſſe ſcriptis teſtimoniũ, ne ſe hoc vtróq; prodigio ſuę miſerię, etiã quotidie ingraueſcentis cõmonitã gallia noſtra ignoraret. Quis non miretur etiam prodigioſum terræ motum quo templum Salomonis *Ruff. l. 1. hiſt. cap. 38 & 39.*

reædificare Iudęi diuinitus prohibentur igne è fundamentis dum ea iacerent exiliente? ſigna quoque & virtutes terrificas in ædium templo proximarum demerſione, & flammas temeritatis Iudaicæ vltrices ſæpius demonſtratas ædificantibus, prodigioſam quoque crucis in ſingulorum veſtibus impreſſionem, quam nec toto conatu delere poterant, quæ omnia & Iudæos & gentiles locum ſimul & inaniter cœpta, deſerere coëgerũt? ſic ſignis & prodigiis eorúmque tandem euentu commonentur homines vt diſcant reſipiſcere, & beatitudinem quæ iuſtis poſt hanc vitam repromittitur multolabore cõquirere: eſt enim (inquit D. Amb.) beatitudo in doloribus, quos
l.2.offi.c.4 plena ſuauitatis virtus comprimit & coercet,
» ipſa ſibi domeſticis opibus abundans vel ad
» conſcientiam vel ad gratiam: neque enim pa-
» rum beatus Moſes, cùm Aegyptiorum valla-
» tus populis & mari clauſus, per fluctus ſibi &
» populo Patrũ pedeſtrem viã piis meritis inue-
» niſſet: ſicut enim nulla virtuti deceſsio beati-
» tudinis per dolorem, ita etiam nulla acceſsio-
» per voluptatẽ corporis aut cõmodorũ gratia, de quibus pulchrè Apoſtolus, *quæ mihi lucra*
Philip.3. *fuerunt, hæc duxi propter Chriſtum detrimenta eſſe.*
Poſt ſigna vero & prodigia, rerum penuriam prædicit Dominus in fame ſiti, nuditate vt eorum indubitatis plerumque effectibus, ac
Serm 211. de temp. de fame quidem, hæc D. Aug. de fame Samariæ loquẽs Mutatur in figmentũ Dei cultura, mutatur

mutatur religio, mutatur & eſca: vt enim alienũ »
eſt quod colitur, ita alienum eſt, quod con- »
tra naturã eſuritur? Nec enim difficile eſt popu »
lum famem poſſe ſentire quem male viuendo »
conſtat ſpiritualiter eſuriiſſe: Propter te enim »
hoſtis irruit, inimicus obſedit, aduerſarius tua
pabula deuorauit: Ac in fame quidem præ-
ſenti benedictionem à Deo dari obſeruat D.
Ambr. ex hoc Luc. 6. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt* *l.2.off.c.4.*
iuſtitiam, ait enim paupertatem, famem, dolo- »
rem, & cætera quæ putantur mala non ſolùm »
impedimento non eſſe ad vitam beatã ſed etiã »
adiumento eſſe dicimus, cùm dicat ſacra ſcri- *Luc.6.*
ptura *væ vobis qui ſaturati eſtis quia eſurietis*, eſt *Serm.37.*
enim fames, ex eodem; amica virginitatis &
inimica laſciuiæ, ſicut ſaturitas caſtitatem *l.3.offic.c.7*
prodigit, & nutrit illecebram: Sed aduertit
idem famem eſſe ex qua non reſipiſcant ho-
mines; imo verò deteriores fiant quippe dif-
fidẽtes Deo & planè immiſericordes, quippè
eiiciẽtes ex vrbibus ſuis proprios pauperes, vt
quondã ſe in Romanis expertũ ait. cùm tamẽ
ſufficiẽtes eſſent illis facultates ad eos alẽdos,
ſed id in illis operabatur diffidẽtia: ac talis fa-
mes q̃ nullomodo cõſequitur cõmiſeratio di-
uitũ, illis eſt reprobationis vitiũ quoties eã ſẽ-
ſerint, atq; adeo etiãſi eã nõ ſentiãt: ſcite enim
ait D. Chriſ. medicꝰ ferro manúq; admotis nõ *Ho.30 in 1.Cor.*
ita accuratè putrida vulnera ſecat vt pauper e-
gena manu porrecta ſtipẽ flagitãdo vulnerum
cicatrices tollit, & quod mirum, citra dolorẽ,

Ho. 1. ad Coloſſ. pulcherrimam conferunt medicinam: Etenim ex eodem amicum ſi quis ad prandium vocat, nihil magni facit, recipit enim hic mercedem: qui pauperem, Deum habet debitorē. Retribuet enim Deus ſi non retribuerit homo, ſin homo retribuerit non retribuet Deus: amicũ ſi vocaueris, ad veſperum vſque durabit gratitudo, ſin pauperem, nũquam ea peribit: debitor enim Dominus perpetuò reminiſcitur, nunquam obliuioni tradet: vulgaris autē amicitia leuius quouis momēto conſumitur. Itaque paupertatē hominũ ſubleuare, diſcāt prępotētes & ditiores Attici Epiſcopi Cõſtantin. l. 7. c. 25. exemplo qui (vt eſt apud Socratem) ad dandũ adeò propenſus fuit vt nõ ſolùm pauperibus qui in ipſi9 eccleſiis erāt diligēter proſpiceret, verùm etiā vicinis ciuitatib9 pecuniā mitteret qua egentiũ leuaretur inopia: in dando autem egenis quàm laudabiliter ſe habuerit ex circũſtantiis quas obſeruauit abundè notat ibidem Ex Sozo. l. 5. cap. 15. hiſtoria. Sed & Iulianus Apoſtata, quāquam domeſticis abundamus Chriſtianorũ exēplis, in epiſtola ad Arſacium pontificem Galatiæ vbi Chriſtianā religionē euertere nititur eius in pauperes pietatē imitādo Xenodochia (inquit) multa in ſingulis ciuitatibus extruito vt peregrini noſtra benignitate fruantur, neque ſolùm ij qui noſtrā colant religionem, ſed alij quoque ſi qui pecuniarum indigeant: Ratio autem qua res ibi ad hoc inſtitutũ neceſſariæ ſuppetant à me interim excogitata eſt. Nam

30000. modiorum tritici in tota Galatia & 60000. ſextariorũ vini in ſingulos annos dari iuſsi, quorum 5. partem in pauperes qui ſacerdotibus inſeruiunt inſumendam eſſe mando, quod reliquum eſt, peregrinis & mendicantibus ſubleuandis diſtribuendum: nam turpe profectò eſt cùm nemo ex Iudæis mendicet & impij Galilei non ſuos modò ſed noſtros quoque alãt, vt noſtri auxilio quod ipſis à nobis ferri debeat, deſtituti videãtur: quare doceto gentiles in eiuſmodi officia pecunias cõferre & huiuſmodi officiis beneficentiæ eos aſſuefacito, planúmque illis facito hoc noſtrũ olim munus fuiſſe: verè enim id ab eo præſtari decuit, ob cuius peccata fames immiſſa eſt poſt multa alia mala: ſub eius enim imperio terræ motus fuiſſe leguntur grauiſsimi, ædificia & domus paſsim ruebant, adeò vt tutum nuſquam eſſet vel domi vel ſub æthere morari: præterea ſiccitates immenſæ omnes terræ fructus perdiderũt: quo factum eſt vt homines neceſſariorũ ex terra fructuũ inopia carnibus brutorum animantium Alexandriæ & in Ægypto veſci coacti ſint: famem verò illã ingentem ob impietatem Iuliani, & frumentũ vaſaque & ſupellectilia eccleſiis à Conſtantino magno data, quæ ipſe rapuerat, adhuc ſub Iouiniano duraſſe refert Theodoretus: ac vtinam hæretici qui in Gallia noſtris annis, ſimplicem plebeculam eleemoſinarũ largitione ineſcabãt primùm, huic Iuliano comparandi

Apud Sozom. l. 6. cap. 2.

l. 4. ca. 4.

non venirent, cum quo conueniũt quidem in eo quod impietate ſua noſtra mala quæ accelerauerũt foueãt, augeant, & aliorũ quotidiana acceſsione in ſimpliciũ hominũ cordibus contineant, conueniunt & in ſacrilegio quod quotidie per eos incrementum capit: differũt autem ab eodem quod in annuas eleemoſinas ne ditiſsimi quidẽ eorũ nihil collocarint, & ptiores quibus nos decipiebãt largitiones, aſſiduis rapinis etiã ex homicidio turpiter compenſarint. Atque in eo potiſsimũ eſt extrema illa miſeria quam bellicus furor vtpote ciuilis ſolet inuehere, cuius plerũq; hic eſt finis extrema vtriuſq; præliãtiũ ruina: vt enim Dracones

Pli.l.8. ca. 12. exugẽtes ſanguinẽ elephantorũ eos occidũt & ipſi viciſsim inebriati opprimuntur ac cõmoriuntur: ita ſæpenumero in bello pars vtraque perimit & perit, damnũ dat & accipit: in quo tamẽ hoc aduertendum eſt bonis in bello bene cedere, & male, ſi hoc, ad maiorem illorum gloriam pertinere, quia ex D. Baſil. ad hęc verba

Pſ. 144. Dauidis *Cuſtodit Dominus diligentes ſe*, per mala quæ hic patiuntur iuſti, collocantur in excelſiore gloriæ gradu in altero ſeculo: ſi illud, ad Dei iuſtum iudicium demonſtrãdum iniquis qui cum illis pariter affliguntur, vel ad confundendos oppreſſores iuſtorum. Quod

cap. 52. factum legimus apud Euſeb. lib. 2. de vita Conſtantini in perſecutione Diocletiana, vbi barbari ſibi gloriati leguntur, quod Chriſtianos afflictos in illa perſecutione in tutelã

receperint,ac licet eos captiuos tenuerint,eos tamē humaniſsimè tractauerint: neque enim ſolùm eosin ea ſecuritate collocarant barbari vt ſalutem,ſed etiam vt religionis ſuæ inſtituta & ritus retinere poſſent. Qui verò illos eo neceſsitatis redegerant vt à barbaris ſecuritatem quærerent ſibi nequaquam ſperandū turpem vitæ exitum quo miſerè interierunt,ſunt cōſecuti:bellis enim inteſtinis mutuo extincti nec nominis nec generis ſui veſtigiū reliquerunt, & eorum animæ relinquentes corpora per mortem temporalem ad perpetuum cruciatum ſunt detruſæ:quò id quoque pertinet quod refert eccleſiaſtica hyſtoria Sozom. de memorabili caſtitate cuiuſdā matronę Romanæ in eo bello quo ab Allaricho Roma capta eſt &direpta illæſo D.Petri tēplo:quę cū Catholica eſſet à milite Arriano eius forma capto in periculū pudicitiæ ſuæ vocata &ad cōcubitū ſolicitata ſemper fortiter reſtitit,etiā gladiū eius iugulo ad metū incutiendū admouenti, ſed & iam multo ſanguine perfuſa collū gladio ſubiecit optabilius ſibi rata mori cum caſtitate quàm caſtitatē in metu prodigere. Cuius conſtantia territus barbarus eam ob caſtitatem admiratus duxit in eccleſiam Diui Petri & tradidit cuſtodibus, ac expenſis in eius cuſtodiam ſex aureis, iuſsit vt eam cuſtodirēt marito ſuo: Mira certè conſtantia & ſecuræ conſcientiæ indubitatum ſignum, qua qui in furore bellico carēt, ſe peccaſſe Deo fateātur; l.9.c.10.

ſtultum enim eſſet alioqui eis præſumere inde de ſecuritate ſuæ beatitudinis, de qua tamen deſperandum eſt nemini adhuc in poteſtate immutandæ in melius vitæ ſuæ cõſtituto. Caueamus ergo nos Galli multis ſignis, prodigiis, & monſtris miſeriarum, quas à principio bellorum ciuilium quibus initium dedit religionis diſſentio, ſuſtinuimus, earúmque quæ (niſi Deus auertat) inſtare vel ex quotidiano peccatorum & malorum noſtrorũ incremento videntur, præmoniti, ne peccãtibus adhuc deteriora multa contingant, & ſcientes Deũ nolle mortem peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & viuat, nitamur omni opera per reſipiſcentiam & conuerſionem Deum flectere vt in eius obſequio degentes, ad eam ſecuri gloriam aſpiremus quam obtinent beati in cœlis per Patrẽ Filiũ & Spiritũ ſanctum, Amen.

HOMILIA DECIMA.

Adducet ſuper te Dominus gentem de longinquo & de extremis finibus terræ in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non poſſis, gentem procaciſſimam quæ nõ deferat ſeni nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum & fruges terræ tuæ, donec intereas. Ibid.

IVxta eſt dies Domini magnus & velox eſt nimis. Rabb. Quid ergo facturi ſunt qui vias deſeruerunt rectas & ſe implicuerunt iniquis operibus quando iam nullus locus dabitur pœnitentiæ in die tribulationis? hæc pertinent ad extremam illam miſeriam de qua dictũ eſt tertia parte ſuperioris Homiliæ, quæ nunc magis exaggeratur vt maior eius horror incutiatur: ad quam pertinent hæc ex eodem Sopho. contextu verba: *Dies iræ, dies illa calamitatis, miſeriæ, tenebrarũ, & caliginis, tubæ & clangoris, ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos.* Vbi ciuitates munitæ intelliguntur ſuſpectæ mentes & fallaci ſemper defenſione circundatæ, quæ (vt ait D. Greg.) quoties earum culpa corripitur veritatis ad ſe iacula non

Sopho. 1. In 3. c. eccl.

3 parte cura paſto. ad mo. 13. Serm. 2.

admittũt:quæque ex Theodorico Cyrænenſi veritatem intueri nolentes amant in tenebris verſari: & ſunt veluti aues illæ quæ noctu tãtũ volant vt vlulæ & noctuæ:hæc enim lucem oderunt & amaut tenebras, quæ ab hominibus peruerſis diſcrepant, quòd iis nemo ſanæ mentis indignari poſſe videatur quia eas ab initio natura ad hoc vitæ genus addixit:hi verò quia ſeſe vltro ad hoc vitæ genus addicunt quod libertatis plenum eſt, nolentes cognoſcere veritatem veniam non conſequentur. ſubiungit item Propheta, *Tribulabo homines & ambulabunt vt cæci quia Domino peccauerunt, & effundetur ſanguis eorum ſicut humus & corpora eorum ſicut ſtercora: ſed & argentum & aurum eorum non poterit eos ſaluare in die iræ Domini: in igne Zeli eius deuorabitur omnis terra quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.* Quæ verba adeo latè extenduntur vt à malo bellici furoris nihil ne id quidem quod in regno minimum eſt excipi videatur: Cùm enim omnia quę differunt ab homine, propter hominẽ creauerit Deus, ad quid erunt illa neceſſaria ſublato homine cuius cruor & corpus in furore bellico ſic vili penditur, vt ſtercori &pulueri conferatur?quæ incõmoda vel in eo magis cõſiderãda proponũtur quod (iuxta contextũ aſſumptũ ex Deuteronomio) contemptũ ſenũ & incuriam circa iuuentutis eruditionẽ & direptionẽ(mala certè maximè per aduenã ſiue externum hoſtẽ inuehi ſolita)

cum furore & impetu ſequentur quaſi eorum cōſummatio & complementum. Comminatur itaque Deus in bellico furore.

Contemptum ſenum
In iuuentute erudienda incuriam
Bonorum chariorũ direptionem.

Quantum autē ſit malum & quàm deteſtãdum ſenes ciuitatis aut regni cōtemnere, primũ ex eorũ virtutibus perquiramus: D. Chriſ. de iis hæc habet, animus in ſenectute (inquit) potius confortatur, tunc maximè viget, tunc exultat, & ætate confecto homini nullum eſt ex imbecilitate nocumentum, cum animus generoſus & expergefactus fuerit qualis maxime in illa ætate per rerũ diuturnã experientiã eſſe ſolet: Non quod (vt ait Philo Iud.) non maneãt interdũ animæ pueriles in ſenilibus corporibus, & cōtra perfectæ in florentibus non inueniantur, aut quod canos ratione coloris honoremus (ait D. Chriſoſt.) ſed quia canities indiciũ eſt vitæ in virtute prouectæ, quam in corpore videntes coniicimus interiorem canitiem. Nam ex D. Greg. vt in corpore, ita etiã in animo ſunt incremēta ætatis: itaque ſenes iuuenilia peccata recordantur ac deteſtãtur, quod ſi propria adeóque præterita cur non & præſentia aliorum iuuenũ quæ vidēt? Atque hinc maximè ſunt reip. neceſſarij. Hinc Prouerb. 20. *ſicut iuuenum exultatio eſt eorũ fortitudo, ita ſenũ dignitas canities.* Hinc ſenibus ſemper honor magnus eſt habitus & priuatim

Ho. 7. ad Heb.

Ho. 1. ad Antioch.

li. de profu.

Ad He. ib.

L. 11. mor. cap. 25.

& palam. Etenim Lacedęmoniis hic mos fuię familiariſsimus ſenes nō minus quàm patres reuereri ac minores maioribus natu obuios factos cedere aduenientibuſque aſſurgere. Ex
L.2.c.14. Aulo Gellio,& Herod. Quod & Athenienſi-
li. 2. bus per eos familiare fuit:Et enim cùm Athenis quidam vltimæ ſenectutis,ludos ſpectaturus Theatrum conſcendiſſet, eíque nemo cederet, id reſciuerunt Lacedęmoniorum Legati,qui hominis ætate moti ei ſedem in honoratiſsimo loco dederunę, quod popu. Athe-
Val.Max. nienſis maximè comprobauit:ſed &apud Ro-
lib.4.c.5. manos tāto in honore & pretio fuit ſenectus, vt iuuenes aliquem ex ſenatoribus in ſenatus die comitati ad curiam, affixi valuis expecta-
Id. l.2.c.1. renr,donec etiā reducendi officio fungerētur. Sed ex ipſo hiſtoriæ ſacræ fonte exempla ſu-
3.Rg. 12. mantur: vnde niſi ex contemptu ſenum prodiit diuiſio regni ſub Roboamo Salomonis filio? An non quaſi extremam pœnam ſenum çolliſionem comminatur Deus, Hiere.51. An non & Thren.1. ait per Prophetam *Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt quia quæ-*
Ho.41. ad *ſierunt cibum vt refocillarent animas ſuas.* An non
pop.Antioc. (vt ait Chriſo.) ſenes iuuenum ſunt exempla?
1.Exæ.c.8 Præclarè ſane ait D.Ambr.Quid naturam ac-
» cuſas ô homo? habet illa impedimenta quæ-
» dam, ſenectutem & infirmitatem, ſed ipſa ſe-
» nectus in bonis moribus eſt dulcior, in con-
» ſiliis ſubtilior, ad conſtantiam mortis prom-
» ptior,ad libidines reprimendas fortior : infir-

mitas corporis, ſobrietas mẽtis eſt: hinc apud Euſebium, ſenes communibus ſumptibus nutrire ſolebat Alexandria. Quibus poſitis ſequitur vt intelligamus non leuem eſſe cõminationem qua ſenum colliſionem in pœnam ſe immiſſurum prædicit Deus: quam pœnam certum eſt prædici de bello quod Iudæis illaturi erãt Chaldei, vt ex eius hiſtoria deprehendi poteſt 4. libr. regum: Ex contemptu ſenum manat paruulorum miſeria de qua ſunt hæc verba Hieremiæ. *Recordare Domine quid acciderit nobis, intuere & reſpice opprobrium noſtrum: hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ*: aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus. Quę verba duobus modis intelligi poſſe videntur, vel quia æque immaniter tractabitur pueritia ac viduæ, vel quia eius eruditio negligetur: de priore, eſt hoc Dauidis. *Fiant filij eius orphani & vxor illius vidua: nutantes transferantur filij eius & eijciantur de habitationibus ſuis. Fiant nati eius in interitũ & in generatione vna nomen eius deleatur*. Quæ verba literaliter de Iuda proditore & conſimilibus interpretatur Proſper Aquitanicus: Sed & accommodatè ad propoſitum in Iuda proditore intelligit regnum peccans Deo ſuo: In vxore eius vidua, plebem quæ à principe non protegitur: Nam & temporaliter portant filij iniquitates patrum vſque ad tertiam & quartam ge-

L. 7, c. 16.

Thre. 5.

Pſal. 108.

nerationem, ſicut & in Euangelio debitoris
Matt. 18. 10000. talentorum vxor & liberi venduntur.
4. Reg. 25. Quod Sedechiæ regi Iuda contigiſſe legimus qui in ſuis oculis ab externo hoſte vidit proprios trucidari liberos, ipſéque tandem excæcatus captiuus abductus eſt. Sed & Dionyſio Tyranno Syracuſiorum, qui cùm non pauciores quadringentis Seremes & quinqueremes poſſideret haberétque pedeſtres copias ad 100000. hominũ, equitũ autẽ 9000. & in prõptu apparatum bellicum quingentis nauibus: reconditum frumentum ad centum modiorum myriades, & armentarium ſcutis, gladiis, haſtis, tibialibus innumeris, thoracibus & catapultis plenũ: breui tempore ſenſit labante fortuna, omnium ſuarum rerum pernicioſiſsimas viciſsitudines: rebus enim cùm deſtitueretur, crudeliſsimè etiam filios ſuos vidit mactari, virgineum pudorem filiabus eripi, atque deinde nudas trucidari: Ipſe etiam cùm ex nimia vinolentia oculis laboraret, ſedens in tõſtrinis riſum hominibus mouit, & in media græcia turpiter & præter decorum miſerrimã
l. 6. de varia hiſt. vitam traduxit. Hæc de eo Ælianus: Sed & quàm immaniter actum eſt cum illis duodecim pueris qui clericali officio in eccleſia Cartaginenſi fungebantur, ſub Honorico rege
Victor vtic. l. 3. perſec. Affric. Vvandalorum & Alanorum? Verè enim pro conſtantia qua fidem Catholicam tuebantur fuſtibus ſubdi iuſsi ſunt ac vſque ad mortem verberari, quod & ita factum eſt: ſic ergo

crudeliter actum eſt cum iuuentute, ſegniter autem cum eadem agitur, qnando quæ verè ſeminarium omnium cuiuslibet regni ordinum dicitur ad pietatem ac humanitaté nullis artibus aut virtutibus informatur. Quod quantæ curæ fuerit priſcis gentilibus dicere hoc loco non eſt neceſſe: id autem magnopere deteſtatos fuiſſe Eccleſiæ hoſtes, vel vnius Iuliani Apoſtatę declarabit impietas ex Theodoreti Eccleſiaſtica hiſtoria, qui Catholicorum liberos vetuit in publicis ſcholis erudiri, veritus ne impiorum liberi ex eorum conuerſatione proficerent. In cuius errore verſati ſunt perſecutores Affricanorum Chriſtianorum, cunctos Catholicorum libros igni tradentes: Sed & Bibliſtæ Suenkfeldiani dicentes nihil proponendum vel in Eccleſia populo, vel in ſcholis iuuenti præter biblia, nec diſcendas eſſe vllas philoſophiæ artes, quorum doctrinam manifeſtè profeſſi ſunt Carloſtadius & Melanthon, ille quidem factus agricola, hic vero piſtor: ſed & in quibuſdam Germaniæ partibus permulti alij qui per biennium ludos occluſerant literarios, vt ait Staphilus, vt nimium ſegniter, vel ſponte & de induſtria ignorantes in primitiua Eccleſia B. Clementis Epiſtolam (quæ certe pars bibliorum nunquam fuit) tam Corinthi quàm in aliis Eccleſiis pleríſque publicè legi vſurparíque ſolitam, vt ait Euſeb. in hiſtoria Eccleſiaſtica: quod idem de paſsionibus

l.3.ca.7.

l.3. perſec. Affric.

De Lutheranorum concordia.

l.3.c. 12.

cap.7. Martyrum teſtatur Concilium Cartaginenſe tertium: Sed & Moyſes Act.7.c. Eruditus omni ſapientia Ægyptiorum legitur, ac potens in verbis & operibus ſuis & D. Paulus poeta-
Act.17. rum carminibus vſus legitur & D. Baſilius homiliam ſcripſit qua docet quomodo adoleſcentes ex poetarum carminibus proficiant: Sed videamus paulò accuratiùs quomodo puerilia ingenia torpeſcere potiùs in otio debeant quàm literario ludo recreari: An non ſicut Ciconias nemo aduenire ſentit, ſed adue-
Plin.l.10. c.23. niſſe: nemo diſcedere, ſed diſceſsiſſe, quia noctu clàm faciunt vtrumque, ita iuuentutem nemo intelligit diſcedere ſed diſceſſiſſe, & ſenectutem nemo ſentit, aduenire ſed adueniſſe? ætate igitur ſic fluente ac euaneſcente, quid plus profecerit homo ſenex fa-
Seſſ. 17, cap.17. ctus quàm infans recens natus? nemo igitur eo feratur audaciȩ vt dicat temerè à ſacroſancta Tridentina ſynodo ſancitum vt omnes & ſinguli Epiſcopi omnibus feſtiuis diebus adeóque tempore aduentus Domini & quadrageſimæ ſingulis diebus, ſaltem ter in hebdomada Conciones ad populi ſui eruditionẽ habeant, quod ſi per ſeipſos præſtare non potuerint curent diligenter per idoneos viros adimpleri? quod idem & in ſuis eccleſiis parochi præſtare iubentur: Sed & in eum finem
cap.65.66. & 67. primùm generalia ſtudia inſtaurari ac conſeruari iubentur in quibus iuuẽtus publicè edoceatur ex Concilio prouinciali Moguntino:

& concilium Auguſtanum nonne ex authoritate ſanctorum Patrum Auguſtini & Ambroſij mandatum dat omnibus cap. 25. de dicendis(antelucanis & ſerotinis horis) oratione dominica, ſalutatione Angelica & vtroque ſymbolo? Sed quod de catholicorum libris faciendum aiunt hæretici, cùm eos incendio dandos pertinaciter defendunt: id in ſeipſos retorqueri nouerint cùm edicto publico Cõſtantini & Theodoſij eorum libri exuri præcipiantur apud Euagrium, quod in iis ſeminaria omnis blaſphemiæ ac impietatis lateant: ac dum hoc defendunt ſeipſos temeritatis ſuę conuincunt: in iiſque probatur adimpleri de puerorum neglectu maledictio data: quî enim magis negligi iuuentutem poſſibile eſt quàm tum, cùm eius inſtitutio flocci pẽditur? Accedit tertium incommodum per eandem gentem procaciſsimam, *Quod deuorabit fructum iumentorum tuorum ac fruges terræ tuæ donec intereas*. Extremam deſolationem in hoc tertio comminari videtur Deus optimus: vt enim grauius ægrotant illi qui cùm leuati morbo videntur in eum de integro inciderunt, & vehementiùs laborãt qui profligato ac penè ſublato bello renouatum bellum gerere coguntur, ita qui contemptum ſenum & iuuenum ſuorum cum oppreſſione hoſtili diu ſuſtinuerint, ſi ad vtrumque violentas rapinas & quotidianos incurſus accedere viderint, tantùm abeſt vt ſolatij ſpem aliquam concipiãt, cùm

l. 3. c. 4.

potius in his ſuorum malorum cõplementum
eſſe ducant: quanta enim immanitas eiuſmo-
di rapinas iræ & furoris plenas ſequi ſolet?
quàm enim inſatiabile habendi deſiderium
Tito & Veſpaſiano ac Romanis militibus do-
minari oportuit, vt (iuxta Ioſephi ac Egeſippi
teſtimonium) Iudæorum quos (Hieroſolymã
ingreſsi) interemerant ventres ac inteſtina diſ-
ſecarent, vt aurum quod ipſi metu excidij ca-
pti abſumpſerant, inuenirent ac ſecum effer-
rent? Quis non perhorreſcat audiens ex D.
l.3.de ciuit. Aug. in ſecundo bello Punico Hannibalẽ ita
Dei ca. 19. tranſcurriſſe montes Pyrenæos, Hyſpaniam
" & Galliam, vt deſinens in Italiam, Romana
" clade ſatiatus ſanguine humano, in direptione
" bonorum vt pote auri argenti & pretioſæ ſu-
" pellectilis quieuerit & miſerit Roma Cartha-
" ginem tres modios annulorum aureorum,
" quo intelligeretur tantam in illo prælio di-
" gnitatem cecidiſſe Romanam, vt facilius eam
" caperet menſura quàm numerus: Denique tã-
" ta militum inopia ſubſecuta eſt vt Romani
" reos facinorum propoſita impunitate collige-
" rent, ſeruitia libertate donarent, atque ex illis
" pudendis non tam ſuppleretur quàm inſtitue-
" retur exercitus: atque etiam ſtipendiis ſuffi-
" ciendis cùm defeciſſet ærarium in vſus pu-
" blicos opes venere priuatę adeò vnoquoque
" id quod habuit conferente, vt præter ſingulos
" annulos aureos ſinguláſque bullas, miſerabi-
" lia dignitatis inſignia, nihil ſibi auri ſenatus ip-
ſe,

ſe,quantominus cæteri ordines tribúſque re- «
linquerent?quis ferret iſtos ſi noſtris tempori- «
bus ad hanc inopiam cogerētur,cùm eos mo- «
do vix feramus quando pro ſuperflua volup- «
tate plura donantur hiſtrionibus quàm tūc «
legionibus pro extrema ſalute collata ſunt?
Notandum verò, his præmiſsis D. Auguſt. quærere, quid Romanis in tanto luctu ſui dij profuerunt? ſubiungit & exitium Saguntinorum cōfœderatorum Annibali & Carthaginenſibus, qui rupto fœdere Saguntum obſident,quæ primò fame contabuit eouſque vt ſuorū cadaueribus paſta perhibeatur: deinde quotidianis feſſa inſultibus ne captiua in manus hoſtiles deueniret ingētē rogum publicè ſtruxit in quem Saguntini ſe ſuóſque gladio priùs transfixos immiſerunt: ſemetipſos ſuáque diis ſuis fictitiis in vanum immolando. Tunc verè de illis dici poterat quod habetur Sopho.1. *Argentum & aurum eorum non ſaluabit eos in die iræ Domini.* Pertinet etiam huc comparatio Gotthicæ & Gallicanæ irruptionis in Romanos,ex eodem D. Aug. Galli(inquit) *Ib.c.19.* trucidauerunt ſenatum Romanum atque ibi id ſibi arripuerunt quod in vrbe tota præter arcem capitolinam (quæ ſola vt cumque defenſa eſt)reperire potuerunt, ſed in illo colle conſtitutis, auro ſalutem vendiderunt quam &ſi ipſi ferro rapere nō poſſent, poſſent tamē obſidione conſumere: Gotthi verò tā multis Senatorib⁹ pepercerūt,vt magis mirū ſit quod

aliquos peremerunt: At verò Sylla, viuo adhuc Mario ipſum Capitolium quod à Gallis tutum fuit ad decernendas cædes victor inſedit, & cùm fuga lapſus eſſet marius ferocior cruentiórque rediturus, iſte in capitolio per ſenatus etiam cõſultum multos vita rebúſque priuauit: haud diſsimiles certè nos Galli ab introducta in noſtram gentem libertate vitæ, mutationes cum noſtra rerúmque noſtrarum ſumma iactura experti ſumus mutationes, vt ab externo tantùm aliàs, ſic ſimul ab externo & domeſtico hoſte: Ac parum ſolicitè ad id attendentes quod ait in Eccleſiaſtica hiſtoria

l.5.c.38. Theodoretus bellis ad id vrgeri Chriſtianos vt per ea diſcant contemnere res fluxas & caducas huius mundi, tantùm abeſt vt à terrenarum rerum deſiderio quieuerimus per bellica quæ à multis annis ſuſtinuimus incommoda, cùm ex aduerſo nouam ſemper theſaurizandi in terris rationem toto ſtudio meditati fuerimus Hydropicorum naturam eatenus in nobis referentes, de quibus eſt hoc poëtæ

Quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Ho. 18. ad Epheſios. Verè enim ait D. Chriſo. in hanc Pauli ſententiam, *Auaritia eſt idolorum ſeruitus* deficere à Deo auarum, ſicut idolorum cultorem

Matt. 6. iuxta illud Chriſti Domini, *Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ*: eum verò qui reſpondeat ſe nullum feciſſe ſimulachrũ quo ſe idololatriæ conuinci poſſe putet, ſic increpat. Dic mihi

quæſo vnde probamus militẽ? An ex eo quod cum reliquis ſatellitibus comitatur regem? An inde quod quæ ſunt illius curat? ſi cum rege ſe facere & quę illius ſunt curare ſimulauerit, interea verò res hoſtium agendas ſuſceperit, grauius eſt delictum quàm ſi planè ſeipſum à ſeruitute regis abruptum hoſtibus addixerit: ſic qui ſe pecuniæ amore ad hoſtis quotidiani obſequium adduci ſiuerit, etiamſi quotidie eccleſiam adeat, catholicis cõmunicet & pios ſermones cum illis conferat, Dei verus cultor nõ eſt ob id habendus. Quid ergo nobis proderunt in diſsimulato & duplici corde orationes noſtræ? An per eas liberabimur ab iis malis quę in nos noua religio inuexit? num ex profeſsionis libertate, omnium aliorum malorum libertas, & impunitas velut in occæcatos & induratos irrepſit? quæ grauiora mala his tribus ſenum comtemptu & Iuuenum? diripiendi ac deprędandi libertate? In ſenibus eſt conſilium præſens, in iuuenibus futuri boni expectatio: quæ ſi Deus (quod abſit) nobis adimat: quid nobis contra præſentia & futura mala ſolatij? Conuertamur ad Dominum Deũ noſtrum qui fecit nos & omnia quæ inſeruiunt nobis, qui nos noſtráque conſeruat, vt ſibi, non autem mundo carni & dæmoniis ſeruiamus, ac ipſe cõuertetur ad nos in dulcedine & miſericordia, liberabit nos à malis noſtris & ad vitã vocabit æternã, quam cũ patre & ſpiritu ſancto cõcedat nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Amen.

HOMILIA VNDECIMA.

Ibid. *Non relinquet tibi gens illa triticum, vinum, oleum, armenta boum & greges ouiũ donec te diſperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui in quibus habebas fiduciã in omni terra tua: Obſideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit Dominus Deus tuus tibi, & comedes fructum vteri tui & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum quas dederit tibi Dominus Deus tuus in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus: homo delicatus in te & luxurioſus, valde inuidebit fratri ſuo & vxori quæ cubat in ſinu ſuo ne det eis de carnibus filiorum ſuorũ quas comedet, eo quod nihil aliud habeat in obſidione et penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.*

NVNQVAM eſt expectanda ira vindicis: in medio duorum ſumus poſiti, nempe inter Deum & mundum: Noſtrum eſt attendere vtrum pro mundo tolerandum ſit nobis iudicium Dei, an declinando

iudicij diuini rigorem pro Deo ſuſtinenda ſint nobis quæuis etiam grauiſſima mala mundi: Sopho.1. ait enim Dominus, *tribulabo homines & ambulabũt vt cæci quia Domino peccauerunt*: ex aduerſo Pſal.21. ait Dauid patiens pro Domino Deo. *Circundederunt me vituli multi, Tauri pingues obſederunt me, apperuerunt ſuper meos ſuum ſicut Leo rapiens & rugiens: ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt oſſa mea: factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei*, ad illud, *circundederunt* ſubiungit explicationis gratia D. Aug. nõ pro veritate ſed pro conſuetudine allatrantes mihi. Hier. vero ait, *vituli* laſciuientes & incontinentes intelliguntur vt Iudæi ſi cum Chriſto conferantur: *Tauri* ſuperbi intelliguntur, vt in eadem comparatione Annas & Cayphas *pingues* craſsitudine malitiæ *aperuerunt ſuper me os ſuum* dicentes Crucifigatur: *ſicut Leo* quando cogitabant eum comprehendere & interficere: *rapiens* quando cum gladiis & fuſtibus eum comprehenderunt: *ſicut aqua effuſus ſum*. ſic enim voluerunt Iudæi Chriſtum extunguere quaſi aquam quæ hauritur, diſpergitur, & diſſipatur ac nõ reuertitur: *diſperſa ſunt oſſa*, id eſt, Apoſtoli quorum *ſonus exiuit in omnẽ terrã*, quibus fulcitur corpus Chriſti id eſt Eccleſia tanquã oſsibus caro: *factũ eſt cor meũ* id eſt Eccleſia Pſal. 18. quæ eſt cor Chriſti, antequã aſcẽderet in crucẽ quæ dura videbatur eſſe, quia antea pauci pro eius nomine patiebantur: *tanquam cera liqueſcẽs* quia poſtquam Chriſtus aſcendit per ignem

ttibulationis, pro paſſo Chriſto accenſi ſunt homines, *in medio ventris mei*, id eſt, eccleſiæ, quia igne paſsionis accenſi ſunt omnes & ſic ſapiẽtia Dei creuit in hominibns: hæc Augu. ad expoſitionem aſſumptorum verborũ, quæ omnia vt in ſeruos Dei ante Chriſtum facta ſunt

Luc 10. ita poſtea in ipſum Chriſtum, & nunc item in eius membra cum dicat, *Qui vos odit me odit*, ſed has ab hominibus maledictiones ſuſtinere tutiùs eſt, quàm in Dei iudicium incidere temporaliter per ſequentia ex ruinis bellicis (de quibus antehac) mala:

Quæ ſunt { Obſeſsio / Eſus carnium puerorum / Diſſenſio in familia }

Quæ tria incommoda dum ſimul concurrerint quid prçterea ad cladis bellicç cõplementum acçedere poterit? Terreri ergo debet peccator qui Dei & virtutis amorç ſponte non capitur, hac extrema miſeria temporali: ex qua quiſquis de Deo bene ſentiet æternam ſecuturá nõ dubitabit: Nihil ſubſtantię relinquit nobis ad vitæ ſubſidium deprædator hoſtilis ſiue domeſticus (ex ſuperioris Homilię diſcurſu) & in ſumma rerũ penuria derelictos obſidet intra portas, quid ad vitam ſupereſſe poterit, niſi eſus noſtrorum iumentorum, iiſque conſumptis eſus etiam carnium puerilium? Recte enim quçrit D. Auguſt. quis di-

Contra aduer. le. & proph. c. 24. gnè eloqui poſsit quàm ſit mentis execrabilior fœditas, pœnas exhorreſcere meritorum,

&merita non cauere pœnarum? Nam quia vt ait Apoſtolus, *ſeruierunt potiùs creaturæ quàm creatori, tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*: ſuper hoc præmonitos miſeriæ venturæ ſuper ſe Iudæos voluit per prophetam in viſione duorum calathorum qui ficis pleni erant & poſiti ante templum Domini, poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim regẽ Iuda & principes eius, & fabrum & incluſorem de Hieruſalem, & adduxit eos in Babylonem, vbi in viſione calathi illius qui ficis malis plenus erat, Sedechiam & principes eius & reliquos de Hieruſalem qui remanſerant in vrbe ait ſe daturum in direptionem, vexationem, & afflictionem omnibus regnis terræ in opprobrium, parabolã, prouerbium, & maledictionem: in eo verò qui plenus erat bonis ficis, ſe miſerturum eorũ quos captiuos abduxerant chaldæi, pollicetur, quia in ſua afflictione pœnitentiam egerũt: quod dum legimus aut audimus, exemplo nobis eſſe debet pœnitentiæ agendæ, cùm ſecuritatis & impunitatis nobiſipſis promittendæ argumentum non magis habeamus quàm populus ille Iudaicus, quem primogeniti ſui appellatione decorauit Deus & cui maximè arcana ſua ad implendam patrum promiſsionem per Moyſem prophetas & ſacerdotes detegi voluit, & è quo medio filium ſuum carnem aſſumere voluit: ſed præter comminatoriam illam

Rom. 1.

Hiere. 24.

Exo. 2.

viſionem alia nos terreât exempla:ſicut enim
Serm. 60. de temp. (ex D. Aug.) de Pharaonis exercitu legimus
quod Deus electos aſcenſores ternos demerſit in mare rubrũ,id eſt, electos vtique à Diabolo ad ſuperbiam, luxuriam &malitiam, ad peccatũ cordis, oris, & operis:ita eos qui totas tres iſtas vias Deo adiuuante deuitant de Pharaonis ſocietate diſcedere dicere poſsumus, ſicuti cæcitate corporali percuſsit Deus
Gen. 19. laborantes cæcitate mẽtis ſodomitas ſcilicet,
& animi elatione atque inconſtantia laborantes
Gen. 11. linguarum varietate à ſeinuicem ſeiunxit atque omnem mundi regionem habitabilem
Prou. 4. incolere coëgit:quia *non omni cuſtodia ſeruarant cor ſuũ*:ex ſacra ergo hiſtoria primũ exẽpla depromamus. Amalechitæ & Madianitę non procul à Iordane fluuio tumultuoſè conſederant contra Iſraelem pugnaturi, ſociati Arabum exercitui: Gedeon tantùm cum 10000. hominum illis obuiam prodierat, & quia interdiu non potuit(erat enim viribus longè inferior)noctu hoſtem inuaſit, & temporis opportunitatem aſtu iuuit,vt incenſas faces dextra quaterent Iudæi:læua,cornua & lituos inflarent quę terrifica ſpecies adeò hoſtem per-
Iud. 7. culit vt cæco tumultu diſiectis Amalechitis & ſociis, mutuáque in ſeſe cęde diſcurrentibus,ad 120000.hominum vna nocte ſint deſiderata: ſed & Ioſue magna ſagacitate vſus legitur cùm poſuit inſidias iuxta ciuitatem Hay,& fugam poſtea ſimulauit: & filij Iſrael

pugnantes contra Beniamin fugam ſimulant & eos è ciuitate extrahunt ſicque eos aſtu debellant: Pertinet etiam huc inſigne ſtratagema Petri Lauretani veneti, quo primus ipſe vniuerſæ rei maritimæ præfectus imperatoris nomine Turcicam Claſſem ad Callipolim oppreſſit: Othomanus enim capta Conſtantinopoli Claſſem ingentem ad Callipolim comparabat, in qua vna ſpem vnam inuadendæ Italiæ poſuerat. Quare Petrus admonitus, ſtatim eò cum vniuerſa Claſſe profectus ſæpius Callipolim inuiſens nō multis cum nauibus vt Turcam ipſum in certamen traheret, tandem id aſſecutus eſt vt inſtructiſsimus Turcarum præfectus ad eum venire propoſuerit. Id quod intelligens Petrus, inſtructam reliquā Claſſem ſe ſequi præcepit, ita tamen vt Turcæ rem intelligere non poſſent: Congreſſus verò cū paulatim reliquæ naues adeſſent, veritus id Turcarum præfectus ne plures multo conuolarent, in fugam ita vertitur vt vniuerſa claſsis Turcica tū primùm aut caperetur aut disiiceretur, abrupta Othomani principis ſpe Italiæ reliquæque Chriſtianæ pietatis claſſe inuadendæ: Quæ tanta res effecit vt calendæ Iuliæ celebres nobis & ſacræ in hunc vſque diem habeantur: hæc Egnatius. *l.7.ca. 4.*
Tamberlanes Scytharum imperator ſæuiſsimus cùm vrbes obſideret, prima die tentorio albo vtebatur, ſecunda rubeo, tertia nigro: vt hac ratione hoſtes ad deditionem cō-

pelleret, quod ſi prima die ſe dederent, clementem eſſent habituri hoſtem, ſi ad ſecundá vſque pertinaces reſiſterent ſanguine ſuo pœnas daturi eſſent: ſi ad tertiam quoque perdurarent, vltimo excidio omnia fumo & igni vaſtaturus eſſet: Atque hęc potiſsimum de aſtutia. De immanitate autem etiam ſunt ſequentia. Legitur 70. reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus collegiſſe reliquias ſub męnſa Adonibezech, cui reddidit & Deus ſicut fecit. Dauid illatam ſeruis ſuis per Ammonitas iniuriam vltus eſt cæde 700. curruum & 40000. equitum percuſſo Sobach principe militiæ qui ſtatim mortuus eſt. Iudæi (vt eſt apud fulgó) apertè in ſimili motu bellico oſtenderunt quàm ferum ac crudele eſſet eorum ingenium, cùm in oriente bellum gerente Traiano ob illius aduerſam valetudinem ipſi in libertatis ſpem exarſerunt, atque in Cyrenia Cypróque rebellarunt: Nam duce quodam Andrea nomine in vicinos populos ſæuierunt atque 200000. hominum occiderunt, neque verò eis tantùm humani ſanguinis haurire ſatis fuit, qua rabie acti, luporum more carnes occiſorum dentibus [illegible]niabant, ac eorum inteſtinis ſe cingebant: amicti quoque occiſorum pellibus ceu furiis acti, paſsim diſcurrebant: per humana etiam cadauera ferarum rabiem tranſgreſsi prouoluebantur. Sed de tanta veſania à Traiano miſsi duces, minori quidem cru-

Fulgo.l.7. c.4.

Iud.1.

2.Reg.10.

l.9.c.2. ex Dione.

delitate ſed non pauciore eorum ſanguine pœnas ſumpſerunt. Iuſtinianus Imperator, auxilio Therbellis Bulgarorum regis imperium amiſſum recipiens, Leonem & Tyberium vſurpatores imperij in medio circi iugulauit, Callicinicum Patriarcham excæcatum in exilium miſit, &in aduerſarios tantam crudelitatem exercuit, vt quoties à naſo ſibi abſciſſo defluentem reumatis guttam detergeret, toties aliquem ex iis qui contra eum conſpirauerant, iugulari præciperet, ait Egnatius. *l.9.c.10.* Attila Gotthorum rex cùm per ſeptennium vrbem Peruſinam obſediſſet & tandem expugnaſſet, ciues omnes obtruncari, Herculanum Epiſcopum virum ſanctiſsimum excoriari & capite mulctari iuſsit. ait D. Greg. Turo. *l.3.c.13.* Idem capta Roma tertiam partem murorum diſiecit, Capitolium incendit, omnia diripuit & tanta paſsim feritate debacchatus eſt vt Dei flagellum diceretur ex Egnatio. *l.9.c.3.* Theodoricus rex Italię, Ioba comite ſuo cõtra Francos miſſo, triginta hominum millia occidit in vindictam necis Allarici generi ſui (ait Sigebertus in Chronicis.) *Pontanus de immanitate.c.5.* Mahometus Turcarũ imperator victoria parta, è captiuorum numero nunc plures nunc pauciores in conſpectũ ſuũ adductos vt in fruſta cõciderẽtur imperabat: hæc ſunt eorũ exempla qui vltionẽ Dei in terris inchoarunt & peregerunt ſiue zelo Dei ſiue maligno animo in quibus quàm variè Deus in peccatores vlciſcatur, eſt manifeſtũ: miretur

forte quiſpiam diræ adeò & ſanguinolentæ iræ ceu vindictę exempla, & paucos adeò barbaræ feritatis homines extitiſſe dicat, ita vt prodigiorum potiùs quàm hominum inſtar cenſeri debeant: fateor, ſed non ideò efficitur per eos non irrogari pœnas hominibus: verè

Hæreſi 66. aduer. Mani. enim (iuxta mentē Epiphanij) Omne quod eſt in terra etiamſi ex improbioribus ac ſæuioribus feris ſit vt Leo non propriam formam inuadit, ſed alias: quomodo ergo homo in hominem ita ſæuire poteſt? *manus dextera excelſi*

Pſ. 76. id facit propter peccata hominum: in obſidione autem quando non cominus pugnare licet ſed deditio tantùm paratur, famis malum imminet de quo 4. regum 6. vbi legitur obſeſſa Samaria, & facta ibidem fame orta contentio inter duas matres quibus in extrema rerum penuria, vnius filius in cibum ceſſerat, de altero autem poſtea occidēdo vt cibus etiam fieret vtriuſque matris, controuertebatur inter eaſdem matres donec ad regem delatum

De mirab. ſa. ſcrip. l. 2. ca. 26. eſt cauſæ iſtius iudicium, quę res (vt ait D. Auguſt.) quaſi obſcœna quædam infamia regem permouit vt ad domum Heliſei furibundus properaret atq; quaſi præſentem anguſtiam ſoluere valeret, decolare vellet: ſed Propheta de animæ periculo cogitans fixo ſermone reſpondit, Cras eadem hora hac ſtatere modius ſimilæ & hordei modij mercabuntur in huius vrbis introitu vno ſtatere, quod ita factum eſt: Sic leguntur Cretenſes obſidione Metelli

ad vltimā vſque penuriam compulſi, ſua ſuorúmque iumētorum vrina ſitim torſiſſe, quod iuſtius feciſſe dicuntur quàm ſuſtentaſſe, quia dum vinci timebant id paſſi ſunt quod eos ne victor quidem pati, coëgiſſet: Numantini quoque à Scipione vallo & aggere circundati, cùm omnia quæ famem eorum trahere poterant conſumpſiſſent, ad vltimum humanorum corporum dapibus vſi ſunt: vnde capta iam vrbe complures in ea inuenti ſunt geſtantes ſinu ſuo membra trucidatorum corporum: hinc & apud Sozom. tempore Iuliani tantæ ſiccitates fructus & aëris ſalubritatem labefactaſſe leguntur, vt fames dira inde ſecuta ſit, cuius ſedandæ gratia homines coacti fuerunt brutorum cibo veſci. Sed & maledictionem hanc quæ eſt de eſu humanarum carnium experti ſunt Iudæi captiuitate ſua quam operati ſunt Titus & Veſpaſianus, ex Ioſepho de bello Iudaico & Chriſoſt. 1. expoſit. in Math. Sed & contigit ab eo tempore hoc idem malum ſub duce Totila perſequentibus eccleſiam Gotthis, tanta enim eo tempore per vniuerſam terram graſſata eſt fames vt matres propriorum filiorum carnibus veſci coactæ fuerint (aiunt Diac. & Procopius.) Sed & Henrico 4. Rom. imperatore & Philippo 1. Francorum rege, Angli pari fame vexati fuerunt, hinc Francis, inde ſcotis in Angliam incurſantibus ait Sigebertus in Chronicis: quam penuriam immitti putandum eſt

Apud Val. Max. l. 7. c. 6.

Ibid. l. 6. ca. 2.

l. 7. cap. 8.

Hom. 77.

l. 17.

l. 3.

ad deteſtationem curæ ſedulę quam circa carnis delicias adhibent homines, vt vel ſponte id deteſtentur quod ſupra modum amplexati fuerint, ſicut videmus eos qui ſunt proximi morti iam omnium quæ ad carnales delicias adhiberi ſolẽt oblitos eſſe: placet enim aduerſus *mundanos* noſtri ſeculi hæc dicere ex Abſalone, Quidā nobilis & eius ſeruus tibi in cuſtodiam dati ſunt ea lege vt ſeruum pane & aqua more ſerui, nobilem ſecundum dignitatem natalium ſuorum procures ſplendidè. Tu verò, delitioſe homo, contrarium facis, Nobilem fame & ſiti ac multis iniuriis confeciſti, ſeruum verò delicatè nutriſti, omni genere deliciarum inſolentem feciſti, rebellem Domino ſuo cui inſurgens, vulnerat inultus, occidit tandem: Quid reſpondebis ei qui tibi vtrumque commiſit? Tu homo crudelis fuiſti qui nobilem virum, ſpiritum & animam nullis deliciis virtutum, nulla pinguedine deuotionis refeciſti, ſeruum contumacem nutriuiſti delicatè, qui carnem gula, ebrietatibus, voluptatibuſque huius vitæ ineſcaſti: Caro inſurgit in ſpiritum, eum vitiis ſeruire coëgit, vulnerat, occidit, facítque Deus (vt ait D. Chriſ.) vt ſicut qui graues habet oculos ſi eum cōſtituas in aliquo obſcuro & tenebroſo loco meliùs videt, ſi autem in ſole nihil videt quia eius oculus non ſuffert lucis candorem: ſic homo Carnalis qui oculum id eſt mentem terrenis deſideriis ſordidam habet & turbulen-

Serm. 3. de annūcia. b. mariæ.

Ho. 15. op. imperfect.

tãm ſi illum iis quæ ſunt mundi implices, ſapiat quidem & aſtutus ſit, ſi autem eum ad res ſpiritales trahas tenebreſcat ac nihil ſapiat, quia eius mens deſideriis corrupta terrenis, iuſtitiæ bonum non ſentiat: atque hæc eſt cæcitas mentis quæ homini adhuc hîc viuenti, infinitas affert moleſtias ac propè intolerabilem egeſtatem, morientem autem tandem ad gehennam pertrahit. Nec verò tantùm futuri poſt hanc vitam ſtatus iniquum debet terrere cogitatio, ſed & ipſius mortis horror, vtpotè qui eſt ſecundum comminationem aſſumpti contextus, nempe cùm furori & irruptioni hoſtili locum dat domeſtica diſſenſio: hanc enim quaſi cladem immitti à Deo vel ex duce Anabaptiſtarum Ioanne de Leydis hęc declarabit hiſtoria, quem cùm ſcirent ingenioſum eſſe & verſutum elegerunt ſibi in regem, cúmque ſibi vrbem Vveſtphaliæ nomine Munſter habitationis gratia delegiſſent, ibique ab initio obſideret eos exercitus Epiſcopi Colonienſis & ducis Cleuarum, promiſit ſi eorum exercitum fugare poſſet, non minore poteſtate ſe eorum terras ſuæ ditioni acquiſiturum, quã olim Gotthi Cymbri & Lõgobardi in alienos fines inuaſerant: ſcribebat ſuper limina domorum: *potentia Dei robur meum*: inſignis loco geſtabat Globũ perforatum duobus enſibus inmodũ crucis: Zizania cautè diſſeminabat in loca vicina per pſeudoapoſt. cõquirẽtes

ſibi ſimile genus hominum ad excitandam ſeditionem 15. vxores habebat, ſtatuit autem legem de ducendis cuique quotquot vellet vxoribus, omnia volebat eſſe communia. Epiſcopus ad 10. mēſem obſedit vrbem prædicto ſtipatus auxilio, maiores copias 16. menſe cōquiſiuit vt fame vrbem premeret alioqui inſuperabilem: Orta eſt interim in vrbe ſeditio in qua 47. ciues iuſſu præfati regis morte mulctantur 14. menſe defecit omnis cōmeatus eóque penuriæ deuentum eſt vt incolæ vrbis, herbis radicibus, canibus, felibus, muribus tanquam delicatiſſimis cibis vterentur, corio quoque redacto in puluerem & pellibus coctis pro pane. Fame confectos Rex ille ſuis blanditiis ad eam adigebat inſaniam vt ſe morituros non crederent, niſi cùm extremum emittebant ſpiritum, inuadit tandem vrbem præfatus exercitus, omnes etiam in abſtruſiſſimis locis latentes interficit præter mulieres quæ libertati Hæreticæ aſſenſum nō præbuiſſe probantur, Rex & principes coniurationis ad vicina loca circunducuntur, reducuntur in vrbem, & in tribus caueis ferreis cū languore exuruntur, Tres illæ caueæ ad perpetuam rei memoriam in dicta vrbe, in ſumma arce eccleſiæ ſancti Lamberti adhuc pendent, & videntur. Hæc acta ſunt inter annū D. 1533. & 1536. Hoc vnicum exemplum noſtri prope temporis ad hæreticorum terrorem ſufficiat. Ex his
Serm. 90. de temp. elicienda videtur hæc D. Auguſt. ſententia. Si
pecca-

peccauimus, nõ ideo de miſericordia Dei deſperemus, ſed cito per pœnitentiam de luto fecis pedes animæ noſtræ excutere feſtinemus: *non enim vult Deus mortem peccatoris ſed magis vt conuertatur & viuat*: Sic tamen conuertamur, vt non iterum retrò aſpiciamus cum vxore Loth, ex Philone Iudæo, nec opera mala quæ fecimus, amplius faciamus quaſi canes ad vomitum reuertentes, ſed ad pretioſam & venerabilem patriam per viam bonorum operum tendamus, vt cum patre filio & Spiritu ſancto gloriam æternam aſſequamur, quod nobis præſtet Deus trinus & vnus, Amen.

Ezech. 33.

L. de profugis.

HOMILIA DVODECIMA.

Ibid. *Augebit Dominus plagas tuas & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerantes, infirmitates peſſimas & perpetuas & conuertet in te omnes afflictiones Aegypti quas timuiſti, & adhærebunt tibi: inſuper & vniuerſos languores & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine huius legis donec te conterat: & remanebitis pauci numero qui priùs eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine, quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui.*

NVLLA voluptas vili pretio cōparatur, neque quæ eſt ex cibo, neque quæ ex potu, neque quæ ex veſtitu. Nam etiamſi diuitiis affluat delicioſus, non eſt tamen dicendus facilè & ſine mœrore gaudere voluptatibus, iuxta illud Eccleſiaſt. 5. *Eſt infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatæ in malū Domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima: generauit filium qui in ſumma infirmitate erit, ſicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ita reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas quomodo venit, ſic & reuertetur.*

Verè certè in malum Domini poſsidentur diuitiæ: vt enim teſte D.Baſil. Putei qui exhauriuntur meliùs fluunt, quibus ſi ſuas aquas intactas relinquas fœtorem cõtrahunt:ita etiam diuitiarum quies inutilis, motus & transgreſſus publicè vtilis eſt & fructuoſus: quid enim (iuxta textum aſſumptum) ex diuitiis ſuis voluptatis accipit, niſi in veſtitu cibo & potu: atqui ex poëta, vt de duobus poſterioribus dicamus, experientia hoc diſcunt homines: *vt venus eneruat vires ſic copia bacchi, & tentat greſſus debilitátque pedes*, pro ſanitate enim quæ ex abſtinentia eſſet, ingluuies affert morbum, ſicque cogitur delitioſus homo dare medico dú voluptatibus corporis indulget, quod, ſi temperatè viueret pauperi erogaret. Itaque nos exhortatur Apoſtolus, vt à diuitiis exultandi argumentum non ſumamus, his verbis. *Glorietur frater qui eſt, humilis in ſublimitate ſua, contrà qui diues eſt in humiliatione ſui, quoniam veluti flos herbæ præteribit. Exortus enim eſt ſol cum æſtu & exaruit herba & flos illius decidit, & decor aſpectus illius periit, ſic & diues in viјs ſuis marceſcet*: Nemo itaque præcipuam, ſed ne minimam quidem fœlicitatis humanę partem in diuitiis cõſtituat, ſed ſi quid boni præſtent inquirat aliquis, videat cum D. Chriſoſt. neminem in ca ſura vrbe ædificare vtpote præmonitum inſtantis ruinæ illius vrbis: ſic nequaquá in hoc mundo ædificemus ſiquidem *cæli & terra peribunt, & ſolus Dominus in æternum permanet*, qui

Ho. ad diteſcentes.

Iaco. 1.

Ho. 7. de pœnitentia.

Pſal. 101.

eò cogitationis deduci nõ poſſunt præ nimio habendi ardore, cùm putent ſibi(præſentibus ad nutum diuitiis)nihil defuturum: iam quaſi cum ſummo rerum conditore Deo pacti videntur de terræ fertilitate, de anni oportuna temperie,de aëris ſanitate,de hominum tã externorum quàm cõciuium bonitate,tunc primùm iuſtum Dei iudicium admirari incipientes cùm illud ſuo malo experiri incipiunt: itaque etiam in ſumma bonorum affluentia quæ hominum mentes excæcat, Deus comminari voluit hæc tria.

Afflictiones Ægypti
Afflictiones ſine numero
Secuturã inde hominũ paucitatẽ.

l.3.de trin. cap.7. Morbi Ægypti in ſignis per Moyſem editis manifeſtè intelliguntur,quæ à Magis etiã Pharaonis edita leguntur, ſed non citra deceptionẽ, ſicut in cõuerſione virgæ & aquarũ,quod (ex D.Au.)permittit Deus ob id vt fallacia magica fideles admoniti nihil tale facere deſiderẽt:ſed,vbi morbi immittuntur ibi certiſſimũ eſt diuini iudicij argumentũ: quanquã tamen non in omnibus ſignis quę iubẽte Deo edidit Moyſes morbi corporales demonſtrati ſunt: infirmitates aliæ in Magis apparuerũt,quæ vel ex proprietatibus rerũ ad ipſa ſigna pertinentiũ diſcernũtur, ex quibus morbos ſpirituales facilè colligemus. Poſtquã in virgæ cõuerſione,& aquarũ, imperatũ eſt Pharaoni vt pop. Dei ex Ægypto ſecedere permittat, ſacrificaturũ Deo in mõte:datur ad obdurationis Pha

raonis vltionē ſignū in ranis. quod denegauit Epiſt. 4.
Pharao,aitD.Amb.Id ſignificat Ægyptios ſacrificia immolata,id eſt perfecta ſtudia virtutū & plena diſciplinę odiſſe,quod autē vitioſi oderūt,hoc apud bonos ſyncerū ac piū eſt,opus enim virtutis deteſtatur luxurioſus helluo,id eſt Ægypt.de eadē plaga ait D.Augu.In ranis Serm. 87.
arbitror figuraliter indicari carmina poëtarū de temp.
qui inani quadā & inflata modulatione velut ranarū ſonis & cantibus ſimiles huic mundo deceptionis fabulas intulerūt:huic cōparationi reſpōdet optimè armonia Muſica,à qua ſua impia dogmata ſpargere cœperunt noſtri tēporis hæretici, ſpargētes in viis publicis libellos dulci modulatione pſalmorū dauidicorū, quos in maternā linguā inuerterant,cantū exprimentes,nouis & antea incognitis typis excuſſos:ſed ad hæreticos paucas quas ex Pierij Valeriani Hieroglyphicis coaceruauimus proprietates accōmodemus: Rana ſanguineos habet oculos, qui ex Ariſtotele & Adamantio phyſiognomicis inuerecundiam & audaciam deſignāt, qua quis magis abundat quàm hæreticus? habet item prominentes& emiſſitios oculos,vt facilè ſpectandi contuendíque omnia poteſtatem præ ſe ferat: ſi qui homines ſint eiuſmodi oculis,doloſi ſtolidi, inepti, & importuni ſunt, cuiuſmodi maximè ſunt hæritici, curioſos tamen & circunſpectores in eo non negamus. Tradunt tamen Magi aliunde,id eſt ex occultiore doctrina ductū eſſe

hoc ſignificatum in rana, aiunt enim ranæ oculos cum luciniæ carnibus in ceruino loro alligatos fugare ſomnolentiam:ſed cùm inſit hominum oculis pudor, videant ne in oppoſitum declinent vitium,alioqui adeo eſt verecunda Rana, vt in propatulo nunquam admiſceatur, ſed cùm in aqua coire nequeat, quæ admiſceri volunt,noctu exeunt atque ita nocte tota mutuo complexu cohærent.Hanc certè verecundiam ſi quis hæreticis noſtri ſeculi tribuat,toto cœlo totáque terra aberrare meritò iudicetur, quis enim neſciat hæreſeos matrem eſſe libertatem carnis,cui vt complaceát nec temporis nec perſonarum rationem habent?hoc ſi quis in dubium vocet, cogitet Lutherum è monaſterio ad ſecularem vitam tranſiiſſe, non id didicerat ab Apoſtolis qui
Matt. 16. audientes hanc vocem Chriſti Domini, *ſi quis*
Ib. 19. *vult venire poſt me, &c.* de ſe proteſtati ſunt hoc, *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te*, non autem dereliquerunt Chriſtum vt adhærerēt mundo: eodem ſpiritali morbo laborarunt Caluinus,Petrus Mart. Carloſtadius: cuiuſmodi in libertatis carnis deſiderio, aliã Ranę proprietatem quæ ex eodem eſt Pierio, ponimus: iugiter in Ægypto (inquit) pluunt ranæ,quæ ob nullius ſignificantię vocem argutam atque pertinacem, & ob id quod in luto degunt cum voluptate ſophiſtarum nugas & dialecticorum garrulitatem ſignificant: Quid cœnoſius hæretico homine cuius mater eſt

voluptas carnis: quis in diſputando ſophiſtarum nugas & dialecticorum multiloquia magis imitatur? hæc quotidiana nos docet experiētia. In ſacris, ranæ, ſimulachra ſunt cacodæmonum: vnde B. Ioannes: *Vidi de ore Draconis tres ſpiritus immundos, in ranarum ſimilitudinem*: Apoc. 16.
Rana iſta eſt hæreticus, vt Cherinthus Ioanni Euang. & Marcion Polycarpo, vt eſt apud Euſeb. in hyſtoria eccleſiaſtica: Rana in frigidiorem coniecta fontem obmuteſcit, hæreticus l. 4. c. 4.
metu ſupplicij ſibi debiti cohibitus reſipiſcit, aut certè taciturnitatem ſibi imperat, nec amplius vſque ad proximi ſeductionem inſoleſcit: alioqui enim ad quid vtiles olim fuiſſent imperatoriæ leges contra hæreticos latæ? de quibus ſic D. Auguſt. ad Donatiſtas: Cōſtātinus contra partem Donati ſeueriſsimam dedit ſentētiam, hunc imitati filij eius talia præceperunt: quibus ſuccedens Iulianus deſertor Chriſti & inimicus, ſupplicantibus veſtris Rogatiano & Pontio libertatem perditioni partis Donati permiſit: denique tunc reddidit Baſilicas hæreticis quando templa dæmoniis: eo modo putans Chriſtianū nomen poſſe perire de terris, ſi vnitati eccleſię de qua lapſus fuerat, inuideret & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret: & paulò pòſt ait: deinde Valentinianus, legite quæ contra vos iuſſerit: inde Gratianus & Theodoſius, legite quando vultis quæ de vobis conſtituerint. Quid ergo de filiis Theodoſij miramini, quaſi aliud in Epiſt. 146.

hac cauſa ſequi debuerint, quàm Conſtantini iudicium per tot Chriſtianos imperatores firmiſſimè cuſtoditũ? Eſt & Rubeta Rana grandiſſima veluti geminis cornibus inſignita, quę ſi in vociferantiũ multitudinem inferatur, tacent: ſecretũ celandũ in eius figura quam ſuo in ſigillo habuit mecænas ſcribẽs auguſto (cui ob ſuã taciturnitatẽ fuit amiciſſimus) demonſtrauit, ex ſexto Aurelio & Eutropio qui citãtur in Hieroglyphicis Pierij: gemina habet
Ibid.
cornua, habet hæreticus falſum prætextũ boni, & malũ apertum, per hoc, à ſuis facilè ſilentium impetrat, per illud, etiam bonorum ſibi conciliat attentionem, ita hinc ſeducit, illinc ſpecie apparentis boni, quem ſemel illexit, decipit. Quod autẽ ad taciturnitatem attinet nunquid hæreticus eſt ille *Leo rugiens qui circuit quærẽs quem deuoret?* Atqui ſi quem viderit clamore ſuo pręcauere ſibi, tacet, quem verò irritamentis demulcere poterit non ſinet ſuos laqueos euadere, ſic qui per ſuam taciturnitatem amiciſsimus videtur, eſt ſeductor. Rana item improbis ac importunis clamoribus ad otioſorũ ac negotioſorũ faſtidiũ vſque obſtrepit, quo Adamantius poëtarũ vaniloquia expreſsit, quid autem importunius hæretico, cui vociferari ac clamore perſtrepere longè familiarius eſt quàm diſputare? Ac ne tantùm ad hæreticum iſtas ranæ proprietates accommodare videamur, eſt & alius ab eo cui accõmodentur, adulator videlicet de quo præclarè

1. Petri 5.

ac facetè Diogenes interrogatus quænã bellua ſæuius morderet, ex feris (inquit) obtrectator, ex cicuribus, adulator. Semper enim inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio: pulchrèque adulator apud philoſophos definitur, Blandus inimicus (ait D. Hie. aduerſus pelagianos) quod & apud Niceph. Callixtũ innuiſſe videtur Themiſtius de Iouiniano quẽ, impotentẽ adulatorum aſſentationẽ fregiſſe ait, quos per quàm facetè & luculenter irridens ex moribus ſuis deprehendi ait, purpuram ipſos magis quã Deum colere, neque aliqua re ab Eurippo differre nunc huc, nunc illuc in contrarium motum refluente: & D. Auguſt. in hęc verba, Pſal. 9. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ:* Adulantium linguæ (inquit) alligant animas in peccatis, delectantur enim ea facere in quibus non ſolùm non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur. Sed in adulatore hęreticus quoque intelligitur qui principibus ſecularibus adulatur dum eorum ait eſſe paſtores eccleſiis præficere, vt defendit Caluinus libro quarto inſtitut. ſicut ergo Ægyptiis plurimùm nocebant ranæ, ita & Chriſtianis hæreticos plurimum obeſſe certum eſt, quippe eos indeſinenter perturbantes. ac ſicut ranæ oratione Moſis congregatæ computruerunt, ita oratione Eccleſiæ hæretici euaneſcent in iiſque complebitur hoc Pſalmi, *Vidi impium ſuperexaltatum ſicut cedros libani, tranſiui & ecce non erat,*

Patriti? l. 5 de inſti. rei.

l. 1.

c. 5. ſect. 2.

Pſal. 36.

quæſiui & non eſt inuentus locus eius: ſequitur & plaga alia in Cyniphibus: ſunt autem minuſcula animalia in quibus eſſe digitum Dei, id eſt, filium agnouerunt Magi Ægyptij, quē antea alioqui ignorarant ex D. Hiero. ſic in Ægyptiis intelliguntur hæretici introducentes inæqualitatem patris filij & ſpiritusſancti. Reliquas plagas omittimus præter vnam quæ eſt locuſtarum: de quibus eſt hoc Pierij: Locuſtæ marinæ in ſeſe incurſantes popularis ſeditionis ſtudioſum ſignificant: congregatæ enim locuſtæ tanquam collegium celebrant & interim dimicant inter ſe cornibus, arietum modo, ac in ſeſe ſæuiunt. Quid in his niſi hæretici intelliguntur qui ſic opinionibus & ſectis diſcrepant, vt verè ſint eorum tot ſenſus quot capita? In locuſtis etiam fames intelligitur quia agminatim inuadunt ſegetes, nunquid etiam per turmas gregem Domini inuadunt hæretici, alioqui ſolitarij, timidi ſemper ſunt? An non & famem & ſitim verbi Dei introducere nituntur quoties vel vim inferunt, vel ſcripturam obſcurant, vel in prauum ſenſum detorquent? præter iſtas plagas certo numero concluſas ac definitas, alias ſine numero ſe immiſſurum comminatur propter neglecta mandata ſua & ceremonias legis, quod commodiſsimè ad hæreſeos malum dirigi videtur quod in animo ex prauis moribus generatur, nō ſecus quàm ex prauis humoribus morbus in corpore, quod in hæreſi primùm, deinde in

In 12. c. Matth.

Vbi ſupra lib. 28.

alio malo moris declarabitur:in hæreſi quidẽ ex hoc Orig. quod ex furto Achã liquet Deum iuſſiſſe Anathema eſſe omne aurum quod in Hiericho inueniretur:furat' enim erat linguã aureã in qua erãt Philoſo. & Rhetorũ pulchri ſermones, poëtarũ modulati vers',quorũ omnium imitatione decipere ſolet hæreticus hæc mutuando ab illis, eius autem non ſatagendo quod præcipuũ eſt dum ſcripturas ad ſuũ ſenſum accõmodãt:huic apud D. Greg. Nazianz. nihil periculoſius eſſe hæreticis perhibetur, qui cùm integrè per omnia decurrãt, vno tamẽ verbo quaſi veneni gutta verã illam ac ſimplicem fidem dominicã & exinde Apoſtolicæ traditionis inficiunt:vnde vehementer nobis cauendũ eſt ne ſe vel ſenſibus vel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latẽter inſinuet, quia nihil tã cogit in mortẽ quàm ſub obtẽtu fidei integritatẽ eiuſdẽ violare: vt enim gypſum aqua permixtum lactis colorẽ mentitur,ita hic per veriſimilẽ confeſsionẽ traditionis inimica ſuggeritur. Denique ex Eugubino. Quid aliud hæretici ſunt ac ſciſmatici quã Dathã & Abyrõ,vt enim hi ſub prætextu pietatis dominãdi libidine ac ambitionis ęſtu agitati ei principatũ adimere conabãtur cui fuerat à Deo traditus,ita hi ſanctæ eccleſiæ corpus diſiungere enituntur dũ caput eius à ſummo Deo cõſtitutum imminuere,lacerare,& impiis maledictis dedecorare non ceſſant: neque aliud ab his fit in ſummum caput illud quàm à Dathan & A-

Super Ieſum naue.

Tr. de fide.

In cap. 11. Deutero.

byron in Moyſem tentatum eſt: Genus hominũ miſerabiliſsimũ, qui ſub prætextu noſtrarum corrigendarũ improbitatum infinitam malorum attulere ſyluam, pérque vniuerſum terrarũ orbem peſsimos diſſeminauerunt errores: adeóque proceſsit audacia & gygantea immanitas, vt eis nec cœlum iam ſufficiat in quod ſuæ ſceleratiſsimę linguæ virus euomãt, ore impiiſsimo blaſphemẽt dum eius incolas tantis probris ac mendaciis dehoneſtant: ſed videbit omne humanũ genus eorum interitũ, & ſempiterna obliuione eos ſepeliendos miſerrimo hiatu patefacto abſorbuiſſe cognoſcet. An non ſatis quantùm hæreticũ errorem
l.4.c.28. deteſtetur Deus oſtendit apud Euagriũ quando propter eũ vniuerſo terrarũ orbi peſtilentiã immiſit quæ eũ prope totum depopulata
l.2.c.6. eſt? & apud eundẽ eadẽ de cauſa per vniuerſam Phrygiam, Galatiam, Capadociam, Ciliciam tãta fuiſſe legitur imbrium paucitas, vt homines rerum neceſſariarũ penuria coactialimentum peſtiferũ & exitiale caperent, vnde etiam peſtis nata eſt, & ob vict⁹ mutationẽ homines ægrotare cœperũt, & corporibus intumeſcẽtib⁹ propter nimiã inflãmationẽ lumina amiſerũt, ac tuſsi ſimul afflictati tertio die migrarunt è vita. Apud eundẽ Antiochia quia ſedes
l.4.c.6. plerũque fuit & receptaculũ hæreticorũ ideò ſæpè diuinitus punita legitur, maximè autem anno Iuſtini 7. partim cœleſti conflagratione partim terrę motu cũ ſuo Epiſcopo Euphraſio

periiſſe: Cladē autē illam Zoſimus monachus prædixerat. Priuatos autē viros hæreticæ prauitatis conſcios, adeóque eos qui cæteris ad hæreticam impietatē facem præferūt terreat Philippici imperatoris exemplū apud Volaterranū, qui à Cōſtantino Pōtifice reprehenſus per literas quod de fide catholica malè ſētiret, cùm mōitus ad ſanitatē redire negligeret Conſtantinus, nulla in eo imperatoriæ maieſtatis ratione habita, ſciſmaticum eum & excommunicatum declarauit, eiuſque nomen omnibus publicis rebus detrahi iuſsit, vt eius qui propter hæreſim ſe indignum feciſſet qui aliis imperatoribus connumeraretur: itaque ab Anaſtaſio Anthemio erutis priùs oculis imperio deiicitur. Iuxta hanc hiſtoriam referunt Paulus Diaconus lib.20.rerum Rom. & Zonaras eū ob hæreſimMonothelitarū&perſecutionē orthodoxorū, breuitate imperij, & cæcitate punitum eſſe: aliorū caſuū ſupplicia non deſunt vtpote periurij, cuius erit hoc inſigne notatū à D.Greg.Tur. in vrbe Turonica(inquit)eſt eccleſia ſanctę Mariæ virginis ac IoānisBapt.nomine cōſecrata,in qua periuris vltio diuina apparuit,quidā autē cùm ad periurandū in hāc eccleſiam fuiſſet ingreſſus, vbi manus ante altare ſtans ſurſum extulit vt ſacramentum mendax proferret,ſtatim reſupinus ruens ita caput in pauimentum colliſit, vt vix vel viuens erigi potuiſſet. Ad ſe autem reuerſus, dolum periurij quod occultabat

l.23 Anthropologiæ

To.3.

l.1.de miraculis.

publicè patefecit. Vidim⁹ enim & nos quoſdã de Turonicis in loco eodem periuraſſe qui ita diuino iudicio cõdẽnati ſunt vt in ipſius anni curriculo finirentur à ſeculo. Simile quiddam noſtris propè temporibus actum, traditum habemus in Chronicis Carionis anno D. 1553. de quodam patritio qui à plebeio in ius vocatus cui debebat aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad reſpondendum, iurat facta imprecatione (cõſtabat autem ipſum falſum iurare) ſe dolo cum eo non agere, vix extra palatij ſcalas delapſus cecidit ſimilis apoplectico, & ſexto die mortuus eſt. His & con-
Gen. 17. ſimilibus malis ob Apoſtaſiam noſtram frequentibus factis, quid mirum videtur paucitatem hominũ ſequi? à multiplicitate hominum incepit eorum benedictio Abrahæ primùm data: à paucitate erit illi contraria maledictio quam his exemplis demonſtrare liceat. Diluuio Noë hominum genus quod in incõprehenſibilem & propè infinitum numerum excreuerat, in 8. animarum numerũ conſtringitur: Confuſione linguarum homines qui omnes turrim Babel ſumma diligentia erigebant, in diuerſa loca diſperſi, pauci facti ſunt: peſtilentia immiſſa in Iſraël per peccatũ Dauidis qui populum ſuum dinumerauerat à Dan vſque ad Berſabee, vnde de eius populo deletur numerus 70000. hominum, ſicque cũ ad tantam paucitatem rediguntur homines, dum eam demirari incipiunt, peccata ſua a-

gnoſcunt, qui alioqui anteà peccantes, tene- *Parte 3. ad*
bras non quærebant, ſed quaſi Sodoma pec- *monit. 31.*
catum ſuum promulgabant vt qui timore Dei abiecerant ait D. Greg. in cura paſtorali: ſic ſub Saule ſub Heli, &in bellis inteſtinis hac maledictione Iſraelitas peccata ſua non agnoſcentes percuſſit Deus & tandem tranſmigratione in qua tráſlati à terra ſua diuites & prępotentes, pauperes autem in patria derelicti, hanc paucitatem ſuo magno malo & dolore admirátes, ſine duce, ſine lege, ſine vlla reipu. forma ſuum caſum lugebant, ſed tardè nimis: Placare enim deum decuerat antè quã iſta immiſſa fuiſſent mala: Iudæi in idololatriã degenerauerant, nos in hæreſim (ac vereor ne in Atheiſmum dicere liceat) deflectimus, illis inde multæ diræ orbitates immiſſæ, nos Galli in quot quantáſque orbitates ab eo tẽpore quo religionis opinionibus diſsidere cœpimus, coniecti fuimus? Cogitet & repetat id tacitus quiſque apud ſe ex ſuperiorum quæ ſuper hoc Deuteronomij à nobis dicta ſunt cum noſtrorum temporum clade, cõparatione: quorum cùm dolorem augeant oculi, nauſeam afferret repetitio: cui ſuperſedentes decet nos ad Deum confugere, vt noſtri memor ſit, & clamantibus cum mœrore, propitius exiſtat. Quod præſtantes ſua gratia in hac fragili vita, gloria autem in futura donabit, quod præſtare dignetur in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Amen.

HOMILIA DECIMA-TERTIA.

Diſperget te Dominus in omnes populos à ſummitate terræ vſque ad terminos eius, & ſeruies ibi diis alienis quos tu ignoras & patres tui, lignis, & lapidibus.

Ibid. *Reddet Dominus iniquis ſecundum iniquitatem ipſorum & in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos Dominus Deus noſter.* Pſal.93.

In Pſal.93 DIuus Auguſtinus de malis exercet & flagellat nos Deus vtique ad regnum cœlorum, flagellat enim omnem filium quem recipit, in quo ad hæreditatem ſempiternã nos erudit, quod nobis pręſtat de malis hominibus, ſicut de immaniſsimo Iuda qui tradidit filium Dei ad paſsionem, pro eius tamẽ malitia debitum ei ſupplicium retributum eſt: non enim pro nobis tradidit Chriſtum ſed pro argento vendidit eum, quamuis Chriſti traditio & venditio ſit noſtra redemptio, ſic qui martyres perſecuti ſunt, perſequendo in terra, in cœlum mittebant, ſed perſeuerantibus in iniuſto odio iuſtorum,.Deus reddidit ſecun-

ſecundum iniquitatem ipſorum:ſicut enim in cœlo ſtellas non extinguit nox,ſic mentes fidelium inhærẽtes firmamento ſcripturæ Dei nõ vincit iniquitas,& hoc quod noſtra terrena aliquando dantur in poteſtate malorũ non ſolùm ad noſtram pertinet eruditionẽ,vt fiat nobis Dominus in refugium & Deus in auxilium ſpei noſtræ, ſed etiam ád ipſius peccatoris foueam proficit de quo Dauid, *inclinabitur* *Pſ. 9.* *& cadet cum dominatus fuerit pauperum.* Sic Zachariæ 7. cap. *Diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt & terra deſolata eſt ab eis, eo quod non eſſet tranſiens & reuertens & poſuerũt terram deſiderabilem in deſertum.* Hæc enim fuit vis indurationis & excæcationis in malo, de qua ſic loquitur Guerricus Abbas. Vę illis qui rebelles ſunt *Serm. 1. in* lumini, id eſt ſpiritui ſancto nec acquieſcunt *pentec.* veritati quã intelligunt, ſicut enim lutum ex calore ſolis, ita ex bonitate & beneficiis Dei duriores fiunt: ac ſi (vt ait D. Chriſoſt.) impij *Ho. 4. ad* futura ſupplicia minimè præſentiũt ſed dele- *Rom.* ctantur,ne mirum tibi ſit:etením qui inſaniũt ac phreneſim patiuntur ſi multas & miſerandas,in ſemetipſis iniurias dũ inferũt,ob quę facta aliis lachrymas ciẽt, ob ea quidẽ ipſi ridẽt &inſoleſcunt,nec tamẽ dixerimus,propterea illos ſuppliciis liberatos,ſed hoc ipſo nomine pœna grauiore affligi, quod ne ipſi quidem norint quibus quantiſque in malis verſentur miſeri, neque enim ab ægtorum ſed à ſanorũ calculo,ſententia cuiquam ferenda eſt. quod

Ho.6.in 4 c. Heb. & in hæc verba D. Pauli ait idem *videte ne ſit in vobis prauum cor infidelitatis*: ſolidata (inquit) corpora & dura non obſequuntur manibus medicorũ,nec animæ obduratę obſequuntur verbo Dei, & ſic ex duritia infidelitas naſcitur,quæ vt hominẽ traditum in reprobũ ſenſum deſignat,ita & poteſtati mũdanæ, & barbarę gentis debitũ,vnde ſequuntur hęc mala.

Diſperſio.
Idolorum cultus
Mentis cæcitas.

Diſperſionis ergo ratio eſt communicatio cum extero, id eſt cum idololatra : quod nos docẽt Iſraëlitæ communicantes cum Madianitis & Moabitis mulieribus, quarũ pulchritudine capti iuniores Iſraël (vt ait Ioſephus) in colloquium cum illis veniunt, rogant eas ne ſibi voluptatẽ ex eorum forma capere inuideant neue cõſuetudinem eorum auerſentur:illæ libenter verba &complexus iuuenum admittunt:iamque blanditiis illectos & cupidine ferentes relinquere parant:tum illi triſtes mulierum diſceſſu precibus inſtant ne ſe relinquant, ſed futuræ cõiuges & omnium facultatum dominæ apud illos maneant.Hęc promiſſa iureiurando confirmabant, Deum teſtẽ inuocando & lachrymas fundendo quo magis eas ad miſerationem flecterent:tum illæ poſtquam omnino captos & cõſuetudine ſua deuinctos animaduertunt,ſic reſpondent Optimi iuuenes,non deſunt nobis domi nec

Num.5.c. l.4.antiq. iud.c.6.

amplæ facultates, nec parentũ ac domeſticorum affectus: neque inopia talium rerum huc ad vos venimus, aut formam corporis nundinaturæ preces veſtras admiſimus, ſed perſuaſæ viros eſſe bonos, hac hoſpitali gratia non dedignatæ qua vos opus habere videbamus faciles nos vobis prębuimus: nunc quandoquidē amare vos & abitionem noſtram moleſtè ferre aſſeueratis: ne has quidem preces auerſabimur. quare ſi beneuolentiæ coniugalis fidem dederitis quæ ſola nobis ſatisfacere poteſt, libenter vobiſcum, vt legitimæ nuptæ conuerſabimur: veremur enim ne libidine exſatiata cum iniuria & contumelia nos retrò ad parentes noſtros ablegetis, cui noſtræ ſolicitudini veniam nos dare æquum poſtulamus. Illis verò quolibet modo ſe fidem daturos pollicentibus, & nihil præ amore nimio recuſantibus: quandoquidem (aiunt) ita vobis videtur, & mores habetis ab omnibus aliis diuerſiſsimos, vt cibis etiam propriis more veſtro vtamini, nec potum cum aliis communem ſuſtineatis, neceſſe eſt ſi vultis nobiſcum vitam degere deos noſtros colatis: neque enim alio argumento perſuadebitis amorem iſtum vos non fingere, niſi eoſdem nobiſcum Deos adoretis. Nec abſurdum fuerit aut vitio vertendum ſi terræ in quam veniſtis peculiares Deos colere malitis, prę ſertim cùm noſtri per omnes regiones honorentur, veſtrum nemo præter vos cultu dignetur

aut ceremoniis: aut igitur cæterorum more vobis eſt viuendum, aut alius orbis quærendus vbi ſoli iuxta veſtra inſtituta vitam agatis: ſtatim illi cupidine cæci eis per omnia aſſentiuntur: hic vide quàm blando ſermone aures hominum concupiſcentia incenſorum demulcent & animos ineſcant mulieres, quãque periculoſum ſit placere carnis deſideriis: hinc enim per conuerſationem impiarum & externarum gentium ſequitur Dei ignoratio: ſed non manet inultum tantum facinus. Sumit enim de ſceleratis hominibus ſupplicium Phinees zelo Dei accenſus, ac eius iuſta vl-
» tione placatur Deus: ſecus enim quæ per iudi-
» ces permittitur ſcelerum impunitas extremã
» cladem affert reipub. vt ait Deus ipſe per pro-
Zach. 7. phetam, verum (inquit) iudicium iudicate, in quæ verba ait Theodoretus: veſtris patribus
» dixi in iudicando ęquam & iuſtam ſententiam
» ferrent: proximi miſericordia cõmouerentur,
» ſuſtinentes graue viduitatis pondus, & paren-
» tibus orbatos ne potentia opprimerent, ne ex
» infirmitate pauperũ opportunitates rei augẽ-
» dæ ducerent: præterea iniuriarum memoriã
» delerent, & ne vlciſcerentur laceſſentes iniu-
» ria. Equidem ego dixi: illi verò nihil audire vo-
» luerũt, ſed ad plagas quas accipiunt, indurue-
runt: videat catholicus num hæc adimpleta, effecerint noſtris tẽporibus vt ſpe impunitatis illectus facinoroſus quiſque in omnem libertatem ac voluptatem facilè deſpumarit:

vnde enim latronum per agros ac ciuitates excurrentium audacia? Vnde homicidarum, blaſphemorum, ſacrilegorum, ſortilegorum hiſtrionum libera nunc cum hominibus conuerſatione gaudentium, infinitus propè numerus? Libertatem in cauſa religionis qui ſemel inducat, Chriſtum cum Belial, lucem cum tenebris conciliare tentans, facilè ad omnem vitæ improbitatem, ad diram quamque orbitatem aditum aperuerit: etenim non in vno ſed in omni regno prima ſecuritatis & pacis columna eſt religio, cuius bonum Clemens Papa omnium rerumpub. moderatoribus ex ipſa obſeruatione regum Iſraël nobis colligẽdum reliquit his verbis. Lege regum libros vt intelligas quot reges iuſtè vixerunt eos à Deo auctos eſſe, & iis promiſsionem vitæ æternæ apud ipſum permanſiſſe: quotquot verò reges à Deo defecerunt, rebellione ſua breui tempore interiiſſe iuſto Dei iudicio, & vita eos priuatos fuiſſe, & pro requie æternum ſupplicium conſecutos. Verè enim (quemadmodum ait D. Cyrillus ex lege Theodoſij & Valentiniani) à pietate quæ in Deum eſt, reipub. noſtræ conſtitutio pendet & multa vtrinque eſt cognatio & ſocietas: cohærent enim inter ſe & altera alterius creſcit incremẽto, ita vt vera religio iuſtitiæ ſtudio, Reſpubl. verò ab vtriſque adiuta reſplendeat. Quod & Ariſtoteles ait ſummè curandum eſſe Regi ac Tyranno, nempe vt Deum & religionem ſemper

l.1. conſtit. Apoſt.

Epiſt. 17.

l.5. polit. ca.11.

„ egregiè colere videatur: Nam minùs iniuriam
„ homines à talibus hominibus metuunt cùm
„ principem religioſum eſſe ac Deum vereri pu-
„ tant, minúſque inſidiantur ei qui Deum au-
xiliarem habere videatur: Apoſtaſiam in quã per conuerſationem mulierum inciderat, abuſus ſpiritu ſapientiæ quo eum repleuerat Dominus, ſubſecuta eſt regni diuiſio ac diſperſio, quanquam non in diebus eius, ſed Roboami filij in vltionem inducta: eiuſmodi diſperſio hodie latenter in noſtram Galliam ſerpere videtur multis modis. Gallica gens quaſi nihil ſuum habens, quotidie habitu peregrino gaudet, gaudet & moribus peregrinis, id tutus geſtiens, quo foris videtur inſoleſcere: dúmque imaginariam quandam religionem ac fidem tenet magis intenta deſideriis ſecularibus quàm Dei ſui cultui, vt religionis, & opinionis diſſenſione, ita animorum contentione ad arma accenditur, tãto periculoſius bellum ſuſtinens quanto in ſeipſam armatur libentiùs, ſibíque cauendum non putat ne bellorum inteſtinorũ finem miſerrimum intueri cogatur. Habet hyſtoria, Turcica deſcripta
L. 3. per Nicolaum Calcondylam, ipſi Turcę & infideli vſque adeo odioſum eſſe bellũ ciuile, et ex eo regnorum deſolationem eſſe aſſerit, vtpote cum eiuſdem nationis, Religionis, & fidei homines in ſeſe præliantur in quo aut erubeſcere debet qui ſe Chriſtianum profiteri vult, diſcere A pagano quibus de cauſis ſit ge-

rendũ bellũ, aut fateri alterius partis pugnantium fautorem ac protectorem, non Dei, ſed diaboli & diabolicorũ hominũ partes tueri: erit vtrinque cõtrouerſia vter alteri inferat iniuriã, fateor, ſed videat vterq; vnde ſuæ cauſæ defenſionẽ ſumat, vtra religio (ſi modo vtriq; nomen religionis debeatur) antiquior ſit, & plures ſui defenſores ac antiquiores habuerit: Sed dicat calumniator, á pagano duci non decuit argumentum ad eũ conuincendũqui tuo propoſito nollet acquieſcere: ſed valebit hæc ratio dum facto Sigiſmundi Hungarorũ regis Chriſtiani qui (ex Calcondyla) cõtra Baiazethem Turcarũ imperatorẽ præliaturus, acciuit é Gallia copias auxilio & beneficio Caroli regis vt vlciſceretur in Turcam inuaſorẽ ſuorũ finium, vtpote Bulgariæ, qui videns infinitas propè ſui exercit⁹ lanceas ſurſum erectas, ne cœlũ quidẽ (blaſphematoriè ac deriſoriè) ſe formidare dicebat, qui primò conſiliũ iniit de nõ ſinendis Gallis primũ conflictũ mouere & poſtponendis ſuo exercitui, vt ij quos in prima acie cõſtituere decreuerat magis ad prę liandũ animarẽtur cùm Gallos ſibi auxiliatores adeſſe ſentirẽt: tantũ autẽ obiiciebat Turca ſigiſmũdo tertiã partẽ ſui exercitus, reliquis duabus ad inſidias, latentibus: Primi Galli neglecto ſigiſmũdi cõſilio pedites, quippe derelictis equis certarũt: quibus per media caſtra redeũtibus reliquus exercitus gallos intereptos putauit, ideo metu perterritus terga dedit in *l. 1. hyſto. turcic.*

fugam proſiliens, hunc cum ſuis perſequitur Turca, fudit propè totum, & qui reliqui poſt pugnam fuerunt, magna ex parte captiui abducti ſunt, rex cũm paucis inuento fugæ remedio, mari ac ventis ſeſe expoſuit vt perſequentem declinaret: ex gallorum verò exercitu quem fuderat, 22. nobiles ac illuſtres viri cum ſuo duce Niuernenſi perſoluta ſumma 200000. aureorum ſalui & incolumes redire permiſsi ſunt: reliqui quibus nihil pecuniæ fuit, omnes ad vnum trucidati: hęc de diſperſione exercitus: in hac autem pugna è turcico exercitu 60000. occubuerunt, è Chriſtiano verò 20000. atque hæc, ex Calcondila, acta ſunt ab anno Domini 1395. ad 1401. Similem propè exitum habuit bellum principum ſaxonenſiũ Thuringiæ & Miſnæ, qui aduerſus Henricum 4. ob munitiſsima loca quæ paſſim in Saxonia ædificabat, & quia terram illam aſsidua commoratione grauabat, & in conſilium adhibebat ignobiles, principibus neglectis, propter concubinas etiam ſuas, quas in magno numero ad ſuam curiam admittebat, & vitia puerilia, & tyrannidem, ſuper quibus omnibus eum rogarunt primùm humiliter vt modeſtiùs ſe haberet, deinde cùm eorũ petitioni acquieſcere renuiſſet congregarunt exercitum 60000. hominũ bellatorum: vtrinque adeo furioſè certatũ eſt vt neutra ex parte poſtea bellum cœptum continuari potuerit: pręter hæc autem diſperſionis exempla,

l. 3. hyſt. Turc.

alia diſperſio in externas gentes peti poterit ex 9. cap. Hieremiæ vbi abundè agitur de futura Chaldæorum in Iudæos irruptione. Diſperſionem ſequetur idolorum cultus vt quod conuerſatione praua exoptare viſus eſt populus obduratus, per eam conſecutus videatur. Quod vt paucis intelligatur ſciendum eſt idololatriam eſſe duplicem, externam, ſcilicet qua homo lapides & ligna colit ac ſuſpicit tanquam numina: ſpiritualem & interiorē quando interiori affectu quis id ipſũ præſtat, quod vel timore pœnæ vel commodi amore, ſecundum id quod ait D. Paulus *diuitiæ & delitiæ ſunt idolorum ſeruitus*: quæ enim eſt religio diuitiis & honoribus corporalia genua non flectere, & tamen cor vel nobiliſsimam eius partem illis offerre? quotieſcunque igitur id facis, in creatura fiduciam ponis, quæ in ſolo Deo ponenda eſt: quod cùm in omni actu peccati mortalis committatur, qui peccatis externæ gentis conſentit, num is idolis ſeruire putandus eſt? quid enim (ait beat. Clemēs) tã impiũ tam ingratum quàm à Deo beneficium conſequi & reddere ligno ac lapidibus gratiam? tale eſt enim hoc, quale ſi quis æger ad medelam ſui medicum pariter & venenarios inuitet, cùm illi quidem nocere poſsint, verus autem medicus recuſet venenis eorum ſua medicamēta miſcere, ne aut pernicies bono, aut ſanitas nocentibus aſcribatur: hoc cùm ſatis ſuggerat animis hominum malignus ſpiritus

Eph. 5.

l. 5. recogn.

etiam Catholicorum animis, an non multo magis paganorum cordibus ad id docendum
Thob.1. ſtimulum adiiciet? Cur enim Thobias infe-
Dan. 3. ſtus eſt Sennacherib niſi quia idolorum cultui aduerſatur? Cur 3. pueri Nabuchodonoſor re-
2.Mach.7 gi? Cur ſeptem fratribus Machabeis inuidetur, niſi quia vnicum Deum reuerentur ac ſuſpiciunt? cur in perſecutione Affricana innumeri propè non tantùm diuitiarum ac om-
Ruff.l.1.c.7. nium ſuorum ſed & vitę propriæ iacturã patiuntur ſub Genſericho & Hunnerico Vvandalorum regibus? Cur in loco illo vbi paſſus eſt Chriſtus pro cruce ſancta, Chriſtianorum perſecutores collocant ſimilachrum veneris? An non in eum finem vt ſi quis illuc Chriſtũ adoraturus aduentaret, pro Chriſto venerem adoraſſe putaretur? Idololatrarũ maximè imperatorum & principum ſupplicia quæ illis diuinitus immiſſa ſunt licet breuiter intueri
l.3.c.41. apud Euagrium ex eorum infauſto exitu, tam enim enorme eſt peccatum quàm id ſupra quod nullum aliud eſt quod Deo odioſius eſ-
l. de decalo. ſe poſſit: vt enim (ait Philo. Iudęus) ſi quis magni regis honorem eius Satrapis & præfectis exhiberet non ſtultitiæ ſolùm argueretur ſed & periculoſæ audaciæ tribuens ſeruis quod debetur Domino, ac ſicut ſi animæ corpus præferat quiſpiam & ſeruum dominæ, inuerecundiæ fines tranſiliiſſe meritò videatur, ita & quotquot creaturam olim creatori, nunc autem voluptates proprias Dei voluntati

cò audaciæ prorupiſſe dicatur facilè quo nihil ſceleſtius cenſeri poſsit: qui cum extraneo cohabitandum ſibi putet, cuius mores ignoret, cum eius habitu geſtire voluerit, & moribus gaudere, libertatem religionis inde inferre, impunitatem omnium ſcelerum promulgare non dubitabit, & tandem vt qui Dei metum priuatis commodis & delitiis poſtponit, in Atheiſmum (quo omnis hæreſis concludi terminaríque ſolet) cum extraneo, cuius perditos mores redolere voluit, Teſte Tertullian. degenerabit. hæc mala mentis cæcitatem ſequi ſolent, ſummè enim ex cæcatam eſſe oportet eius mentem qui creatori creaturã anteponat, vt enim qui (ait Saluianus) munitiſſimas vrbes obſident aut formiſsimas vrbium arces capere aut ſubruere conantur, eas abſque dubio omnibus telorum & Machinarum generibus oppugnant, ita nos ad expugnandam miſericordiam Dei, omni peccatorum immanium ſcelere quaſi omni telorum genere pugnamus, & iniurioſum nobis Deum exiſtimamus, cùm ipſi iniurioſiſsimi Deo ſimus: omnis ſiquidem Chriſtianorum omnium culpa, Deo iniuria eſt. Atque hęc cæcitas mentis, defectus eſt timoris Dei, atque aliam hominibus generat cæcitatem quæ obduratio eſt in malo perpetrando, cùm nec pœna præſens, nec increpatio nec, obſecratio

In præſcrip. aduer. hære.

l. 4. de prou. & iud. dei.

& exhortatio hominem à mali perpetrãdi deſiderio poteſt abducere, non quòd eiuſmodi vim non habeat,ſed quòd conſuetudine malè viuendi deprauata ſit hominis cognitio, deprauatum quoque libidinis ardore iudicium:
L.3. Periarchon.c.1. obduratur enim facilè (ex Origene(vniuſcuiuſque propoſitum virtutibus ac mirabilibus Dei,ſi incultum & ferum eſt ac barbarum & ſemetipſo ſpinoſius ac ſuperbius fiat, quod maximè in iis contingere ſolet qui nihil niſi bonum præſens perſequũtur, quales fere ſunt qui ex proprio iudicio pendere ſemper volũt, alieno autem nihil vnquam deferunt: atque hęc poſterior induratio,diſperſionem ac idololatriam ſequitur, eſtque ſuperiore deterior uel hoc nomine quòd nulli pœnę cedit.Quæras fortaſſe quomodo Deus permittit ita deprauari hominẽ vt nullatenus eum ſuſpiciat?
Queſt.10. ad Hedebiam. reſpondet D. Hiero. vnus eſt ſolis calor, & ſecundum eſſentias ſubiacẽtes alia liquefacit, alia indurat,alia ſoluit,alia conſtringit: liquatur enim cera & obduratur lutum, & tamen caloris, non eſt diuerſa natura, ſic, & bonitas & clementia Dei vaſa iræ quæ apta ſunt ad interitũ, id eſt populum Iſraël indurat, vaſa autem miſericordiæ quæ præparauit in gloriã, quæ vocauit, hoc eſt nos qui non ſolùm ex Iudæis ſumus, ſed etiam ex gentibus,non ſaluat irrationabiliter & abſque iudicij veritate, ſed cauſis præcedentibus. Qui igitur cogitabit diligenter vtrum ſit conſultius, An in

natali ſolo Deum recognoſcere vt omnibus diebus vitæ ſuæ eius gratiam & beneficia animo repetat, in iis permaneat, fœliciter migret ex hac vita, an ad nutum maligni ſpiritus cunctis eius actibus conſentiendo Deum creatorem abnegare, eóque abnegato in externæ, barbaræ & immanis gentis poteſtatem redigi: cum ea ad extremam mentis cœcitatem & inſaniã delabi, miſerè viuere, miſerè mori, miſerè cum damnatis vexari, videat vtrum eligere expediat: qui ſi Dei nomine amore & timore non moueatur, diſcat eum inuocare auxiliatorem, eum per omnia vitæ ſuæ momenta animo repetere, & ſic in eius cognitione viuẽs in hac vita, in eius confeſsione ex ea decedet, migraturus ad æternã gloriam in qua cum Pat. & ſpirituſancto eſt Filius, qui vt apud patrem eſt noſter aduocatus, ita cum eo gloriam nobis procuret æternam, Amen. *1. Ioan. 2.*

★

HOMILIA DECIMA quarta.

Ibid. *In gentibus quoque illis non quieſces nec erit requies veſtigio pedis tui, dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum & deficientes oculos & animam conſumptam mœrore, & erit vita tua quaſi pendens ante te, timebis nocte & die & nō credes vitæ tuæ: Manè dices, quis mihi det veſperum? & veſpere, quis mihi det mane propter cordis tui formidinē qua terreberis, et propter ea quæ tuis videbis oculis: reducet te Dominus claſſibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi vt eum amplius non videres: ibi venderis inimicis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.*

VIVENTEM in hoc mundo militare cōuenit pro Deo ſuo, aut pro ſpe ſecuritatis ſuæ, *eſt enim hominis vita militia ſuper terram*, (Iob. 7.) ſemper enim fit vt homo aut pro Deo ſuo certet neglectis propriis commodis, aut neglecto Deo propria perſequatur commoda, in quibus perſequendis mirum in modum eſt ſolicitus ac nihil aut pa-

rum admodũ ſecuritatis inuenire ſolet, quod meditatus Dauid à facie Saulis fugiens dicebat: *Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me, timor & tremor venerunt ſuper me & contexerunt me tenebræ.* Pſ.54. Hæc enim verba ad eum ſenſum de Dauide Saülis, & de Chriſto Domino, Iudæorum perſecutionem ſuſtinente hyſtoricè & Propheticè exponit D. Baſil. qui duo ſi ſine cauſa perſecutionem paſsi ſunt, quanto magis nos pro peccatis noſtris infinitis, perſecutionem & anguſtias pati conuenit? qui dum noſtris; deſideriis delectamur, dominum non inuocamus, & *illic trepidamus vbi non eſt timor.* Pſ.13. In eo ſimiles Iudæis qui metu amiſsionis temporalium, de Chriſto capiendo & occidendo deliberabant, dicebant enim *ſi hunc dimittimus, venient Romani & tollent gentem noſtram.* Ioan.11. Sic enim nos Turcam infidelem; & incredulum quemlibet voluptatibus intentum (in quibus diu perſeuerare non ſinitur niſi ex alieno incommodo ſuum nouerit ſarcire commodum) metuimus vt inuaſorem vitæ & temporalium noſtrorum, ſed non vt ſeductorem animæ quam diabolo lucrari nititur, cùm dicat Chriſtus. *Nolite timere eos qui corpus occidunt, ſed qui animam:* Math.10. quod dum facimus, cito in nobis adimpleri videmus hoc dauidis. *Vidi impiũ exaltatum ſuper cedros Libani, tranſiui & ecce non erat, quæſiui & non eſt inuentus locus eius.* Pſ.36. Ad quæ D. Auguſt. ait: quare tranſiiſti? quia

nō ampliùs carnaliter cogitas: ſi enim iſta terrena fœlicitas videtur tibi fœlicitas nondum tranſiiſti, aut enim ęqualis illi es, aut infra es, profice & tranſi & cùm proficiendo tranſieris attendis cum fide: vides nouiſsima ipſius & dicis tibi, ecce non eſt iſte qui ſic intumuerat, tranſiit quaſi fumus, qui erigitur in altum, in globum tumidum pergit & quanto magis attollitur tanto ampliùs intumeſçit, ſed cùm tranſieris, attende poſt te, poſt te enim eſt fumus, & ante te Deus eſt, noli ergo poſteriora attendere ſicut fecit vxor Loth quæ remanſit in viá, ſed reſpice ex deſpectu, & videbis impium nuſquam eſſe, in quo verè ſunt iſta tria.

Tremor { ex peccato; ob induratam ac reprobatam conſcientiam; Indeſinens & cæcus defectu timoris Dei. }

Tremor ergo in infirmo veſtigio pedis corde pauido & deficientibus oculis prædicitur, vbi (ex Cart.) cor pauidum carnalem, mundanum & vilem timorem prædominantem ſignificat, deficientes oculi dicuntur malè diſpoſiti & dolorem ſentientes: quia interiores cordis afflictiones & paſsiones præſertim in oculis apparent: vita pendens dicitur quæ eſt in ambiguo poſita, ita vt adeò ſis incertus de exitu vitæ tuæ, quaſi iam eſſet tibi ſubſtracta: ita vt qui te viderit antea proſpera fortuna gaudentem, & momentaneam mutationem in te

Art. 31. in Deutero.

in te cōſecutam, dicat in te factam *mutationem dexteræ excelſi*, quod & Dauid de momentaneo Pharaonis & Aegyptiorum interitu dixit: Etenim vt pulchrè ait D. Greg. Nazianz. In hac vita omnia veluti quadam rota circumuoluũtur, diuerſas ſæpè diebus ſingulis etiam horis viciſsitudines afferente, vt inſtabilibus ventis & nauigij mare ſecātis veſtigiis, & fallacibus noctis inſomniis, quorum breuis eſt gratia, & his quę per ludum in arena fingunt pueri magis fidendum ſit, quàm pręſenti hominum proſperitati: Quare prudenter faciunt qui propterea quod non fidunt rebus præſentibus, rationibus ſuis conſulunt in futurū: & propter inſtabilem humanæ fœlicitatis cōditionem, benignitatem & miſericordiam quę nunquam deficit complectuntur: ob id communicatur Deus pop. ſuo dicens, *eleuauerunt cor ſuum & obliti ſunt mei & ego ero illis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum & conſumam eos ibi quaſi leo. Beſtia agri ſcindet eos. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum*: & ib. 46. cap. dicitur ad Samariam eadem de cauſa. *Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum, in gladio pereant: paruuli eorum elidantur & fœtæ eius ſcindantur. Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum quoniam corruiſti in iniquitate tua.* Si enim ex D. Amb. In politia ſeculari nihil proſperè cedit vbi legibus non obeditur, quanto

Pſal. 76.

Oratione de pauperibus amãdis

Oſea 13.

l. 5. exae. cap. 21.

M

minus vbi legi diuinæ nõ obtẽperabitur? Erubeſcat Chriſtianus religionis cultum diſcere à barbaris, vtpote Arabibus qui Mahumedicam religionem profitentur, qui eos qui tribus diebus veneris ſacris non interfuerint, excommunicant, atque in excommunicationis ſignum caudam eis vulpinam affigunt vt obſeruarunt quidam ſcriptores noſtri temporis qui hoc ipſum ſe expertos aſſerunt. Diagoras Lyricus melius, propter atheiſmum ad quem complures pertrahere nitebatur miniſteria irridens & pleroſque auocans ne ſacris initiarẽtur, ab Atheniẽſibus proſcriptus legitur, & talentum interfectori aſcriptum, viuum autem afferenti duo : ídque notatum in ærea colũna, quanto magis zelari oporteret catholicum pacem peccatorum videntem ? quis neſciat ob ſpretum Deum in cæde Amalechitarum imperata ab eo, Saülem cum ſuis miſerè interemptum? Ieroboami filium prædicente Ahia propheta, morte tẽporali, patris iniquitatem portaſſe? de domo autem eius hæc fuiſſe prædicta, qui mortui fuerint de domo Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: *qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli, & mundabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mũdari ſolet fimus vſque ad purum?* Quis neſciat item (ex D. Cyp.) Iudam nunquam adeo ſceleratæ cõſcientiæ ſtimulos ſenſiſſe, vt cùm primùm corpus Domini ſumpſit? diſceſsit enim tunc & quod iam antea diu diſsimulauerat execu-

Gyraldus dial. 9. hiſt. poëticæ.

1. *Reg. vlt.*

3 *Reg.* 14.

Serm de cœna Domini.

tioni mādare cœpit. Denique quis neſciat Pilatum ſuorū ſcelerum vltorem fuiſſe perpetuò eum ſtimulante conſcientia, poſtquā nocentē liberari permiſit vt crucifigēdum traderet innocentem Chriſtū? nihil inultum manere poteſt, ſed ſecundū Dei iuſtitiā, ſicut trahit ſua quemque voluptas, ita voluptatē comitatur ſuppliciū. ait idem D. Cypr. vigellius enim Saturninus (inquit) qui primus hinc gladium in nos egit, lumina amiſit. Claudius herminian' in Capadocia cùm indignè ferens vxorem ſuā ad hanc religionem tranſiiſſe Chriſtianos crudeliter tractaſſet, ſolúſque in prætorio ſuo vaſtatus peſte viuus vermibus ebuliſſet, nemo ſciat (inquit) ne gaudeant Chriſtiani. Seuerus imperator cùm fœliciter rexiſſet primum ſtatim poſteaquā perſecutionem mouit ſucceſsibus deſtitui cœpit ac cōtinuis variíſque periculis diſtrahi: exitus verò eius etſi cruentus & tragic' nō fuit tamē eiuſmodi fuit vt in vehementi membrorū omniū, maximè verò pedū dolore, venenū petierit. De decio Euſeb. ait, cū ne biennium quidem integrū imperaſſet mox eum vna cum liberis occiſum fuiſſe. De Valēte verò hæc tradit Theodoretus, cùm multos ortodoxos eo quòd Eudoxio Arriano communicare nollēt, in exiliū egiſſet, grādo lapidū inſtar, Conſtantinopoli cecidit. Terræmotus Niceā & Germam Helleſpōti ciuitates deiecit. Fames in Phrygia propter cōbuſtos in Naui 80. presbyteros ortodoxos, adeo magna, vt inco-

Euſeb. l. 2. hyſt. c. 7.

In Apolog. aduerſus demetr.

l. 7. c. 1.

l. 4. c. 17.

læ ſedes mutare cogerentur. Cùm D. Baſilio idem perſuadere non poſſet vt alteri parti Arrianorum ſubſcriberet, exilij libellum contra eum ſubſcripturus, manus eius ita cōcuſſa eſt & cōtritus calamus, vt nullam literam exarare poſſet: tandem bello contra Gotthos ſuſcepto, cùm ſagitta vulneratus eſſet in tugurium ſe recepit, ibique à Gotthis circuniecto igni exuſtus eſt. Luthoerius Germanorũ princeps, ex Agathio, cùm in Italia pro Gotthis contra Romanos prçliaretur Chriſtianis miſerè afflictis in rabiē verſus, ſuis ſemetipſum dentibus laniauit ſuoque ſanguine ſatiatus periit. His diuerſis modis tremor in corde & corpore obdurati & excæcati peccatoris eſſe intelligitur, non autē vnoquodā & inuariabili modo: quę omnia ad mortis miſeræ declarationem tendentia non ideo peccatori meditāda proponuntur, vt eum in deſperationem adducant, ſed vt aſſidua meditatione mortis ad ſpontaneam conuerſationem eum inducant: Iob enim, omnia vincens patientia ſua, nullis fractus eſt ærumnis, nulla collapſus aduerſitate, vt qui non ignoraret iis ſe breui expeditum iri eo quod diu hic viuere non poſſet, & deinceps multo beatius perenniuſque viuere ſperaret: *Breues* (inquit) *dies hominis ſunt, & expecto donec veniat immutatio mea, vocabis me & ego reſpondebo tibi, operi manuũ tuarum porriges dexterã,* & iterũ *ſpiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur. &c.* quod & Dauid reminiſcitur pſ. 38.

l. 2. de bellis gotthicis.

Iob. 14.

dicens.*Notum fac mihi domine finem meum*: hæc mala reprobatam conſcientiam conſequuntur in pœnam: ſicut enim in corpore(ait Pamphilus martyr) eſcæ abũdantia & quãtitas vel qualitas cibi cõtraria febres generat diuerſi vel modi vel tẽporis ſecũdum eam menſurã qua intemperies collecta materiam ſuggerit ac fomitem febrium, quæ materiæ qualitas ex diuerſa intemperie congregata cauſa vel acerbioris vel prolixioris morbi exiſtit:ita anima cùm multitudinem malorum operum & abundantiam in ſe cõgregauerit peccatorum, competenti tempore illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium atq́ue inflammatur ad pœnas,cùm mens ipſa vel conſcientia per diuinam virtutẽ omnia in memoriam recipiens quorum in ſe ſigna quædam ac formas cùm peccaret expreſſerat & ſingulorum geſtorum ſuorum quæ vel fœdè ac turpiter geſſerat vel etiam impiè commiſerat hyſtoriam quandam ſuorum ſcelerum ante oculos ſuos videbit expoſitam: Tunc& ipſa conſciẽtia propriis ſtimulis agitatur ac compungitur & ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis: Quod ita & ſenſit Apoſtolus Paulus cùm dixit,inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangeliũ meum per Ieſum Chriſtum: ſimile prope eſt hoc hermetis diſcipuli B. Pauli: per aquam Baptiſmi(ait) omnes ſalui facti ſunt carne, id

In Epiſt. de Origen.

l. 1. viſ. 3.

eſt Diabolo in iiſdem naufragium paſſo: Redimus in deterius, id eſt in peccatum mortale per quod incurritur pœna inferni, & ita ſubiacemus torſionibus dęmonis, cùm antea tantũ eius inuidię ſubiaceremus iuxta illud Ioan. *Qui ſordidus eſt ſordeſcat adhuc, iuſtus autem iuſtior*
Apoc. 12. *fiat*: ad quæ verba ait Primaſius, occulta ſunt
l.5.in Apo. ſed iuſta iudicia Dei quibus mali homines in peius proficere permittuntur: nocere autẽ hic non tantũ aliis ſed ſibi potius debet intelligi
Eccl. 14. iuxta illud, *qui ſibi eſt nequã cui bonus erit*? ex eorũ enim genere talis eſt de quibus ait Paulus,
Rom. 1. *tradidit eos Deus in reprobum ſenſum in paſsiones ignominiæ*, quod intelligitur (ex D. Baſilio) ne
Tr. de iud. Dei. nimia licentia peccandi quam ſibi vſurpant, in omnimodam Dei ignorationem incidant, in quam nimiis peccatis prolapſus Pharao legitur à Domino induratus Exodi 10. nõ quia Deus à quo ſunt omnia bona, ſit etiam malorum author, ait Theodoretus: ſiquidem quid ſit agendum oſtendit, & contraria diſſuadet, non tamen cogit animũ humanũ ſed ſuo arbitrio eũ relinquit, & permiſsio illa, cauſa dicitur ob id autẽ malè agentem non impedit Deus ne vi & neceſsitate quadam fieri videatur id quod agitur: ad hunc etiam ſenſum de reprobata conſcientia eſt hoc propheticum: *auditu audietis & non intelligetis, vidẽtes videbitis & nõ*
Eſa. 6. *cognoſcetis: nõ enim dedit vobis Domin⁹ cor intelligẽs neque oculos videntes, neque aures audientes vſque in hodiernum diem*: hac duritie & reprobata con-

ſcientia laborauit Cayn fratrem Abelem interficiens in agro. Laborarunt & fratres Ioſeph eum deſcendẽtes primùm in ciſternam, deinde alienigenæ homini vendentes, quod & ipſi confeſsi ſunt imminente ſibi carceris periculo. Hac, & Iudas laborauit coactus tãdem dicere *peccaui tradens ſanguinem iuſtum*. Hoc eſt quod ait D. Auguſt. in hæc verba Pſal. 100. *Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ*, quiſquis in corde ſuo premitur mala conſcientia (ait) ſimilis eſt ei qui aut à fumo aut à ſtillicidio, domo ſua exire cogitur, et ad hæc verba Pſalmi 35. *iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:* quomodo (inquit) quiſquis negotiis fatigatus foris, currit ad domũ ſuam vt ibi requieſcat, & nititur cito finire negotia quæ foris ſunt vt domi requiem inueniat: ſi autem domi requieſcere non poſsit, vbi requiem inueniet? ſaltem ergò ſit vnicuique requies in cubili cordis ſui, vt tollat ſe ad interiora conſcientiæ ſuæ vtpote ſi domi ſit illi mala vxor. Hinc D. Aug. ait, nullæ pœnæ ſunt grauiores quàm malæ conſcientiæ « in qua cùm non habetur Deus, conſolatio « inueniri non poteſt, & ideo inuocandus eſt « liberator, vt quem tribulatio exercuit ad confeſsionẽ, confeſsio perducat ad veniã, quã qui non ſperat, in malorum omniũ abyſſum delapſus merito iudicetur. Graue enim ſcelus eſt " (ex D. Cyrill.) ſpẽ pœnitentiæ nõ credere: qui " nõ expectat ſalutẽ, temere peccata accumulat, "

Gen. 4. *Gen. 42.* *Tom. 3. ſent. 191.* *Catech.*

at qui ſperat medicinam, deinceps ſibi temperat: latro enim qui non ſperat condonationē deuenit in contumaciam, qui verò ſperat remiſsionem perſæpè pœnitentiam ſuſcipit: neque enim adeò graue eſt pugnantem vulnerari (inquit D. Chryſoſt.) ſed graue eſt poſt vulnus deſperare: Nullus mercator poſtquam naufragium fecit licet mercimonium amiſerit, deſtitit nauigare, ſed denuo mare pertranſit & longos pernauigat ſinus & priſtinas recuperat diuitias. Frequēter Athletas cernimus poſt multos lapſus coronatos: Iam verò miles quoque qui fugit poſtea ſe ſtrenuum exhibet & hoſtes ſuperat: eorum quoque multi qui propter pauorem in tormentis Chriſtum negauerant, denuo certamen inierunt & cum martyrij receſſere corona: quod ſi dictorum quiſque poſt primum vulnus deſperaſſet ſecūdis potitus præmiis nunquam fuiſſet: deſperat Cayn qui verè in reprobata cōſcientia fratricida fuit, dicit autem: *Maior eſt iniquitas mea quā vt veniam merear*: debuiſſet veniam implorare per pœnitentiam, quod fecit Dauid numerato populo, hoc fecit & Manaſſes regum omnium qui in Hieruſalem regnarūt ſceleratiſſimus, ſtellas enim adorauerat, aras Baalim erexerat, in templo Dei idolum poſuerat, ſomnia obſeruauerat, auguria ſectatus fuerat, & interficiens prophetas, vtpote Iſaiam ſerra medium ſecans ſanguinem innoxium fuderat: ob hæc flagitia traditus fuerat in manus

Ho. vlt. ad pop. Antio.

2. Re. vlt.

principis aſſyriorum, vinctuſque ferro, ductus in Babylonem: Anguſtiis compellentibus agnouit peccatum, egit pœnitentiam, orauit, exauditus eſt, & Deo propitio, regno ſuo reſtitutus in quo ab eo tempore vnum Deũ Iſraël impenſiſſimè coluit: non dicat peccator cùm in corde eius inueterata fuerit malitia, peccaui, & quid mihi triſte accidit, altiſſimus enim eſt patiens redditor, & vt habet ſcriptura, *dè propitiato peccato noli eſſe ſine metu neque adÿcias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur*, ſic obdurata ac reprobata conſciẽtia eſt, quæ aut iuſtitiæ Dei miſericordiã deeſſe putat, aut miſericordiæ, iuſtitiam: quorum tamen alterum (ſecundum D. Ambr.) altero temperari credendũ eſt, ne aut in deſperationem veniat qui peccatorum numero ſe grauatum ſentiet aut cõſuetudine peccandi illectus quiſquam, nimia fiducia ad peccãdum promptior fiat quod qui in animum non inducet ſuum, tremor eum detinebit perpetuus, eóque aſperior quo à vero Dei metu magis alienus extiterit. Tot enim tantique laquei obiecti ſunt ante pedes animæ noſtræ (ex Euſeb. Emiſ.) tam innumeri hoſtes obſeruant & cuſtodiunt iter noſtrum, tantæ foueæ & tanta » præerupta, tantæ rerum difficultates interiacẽt » inter nos & finem noſtrum: via ipſa quæ per » ſe ardua & arcta eſt tantis ſpiritalium latronũ inſidiis obſidetur, tantos nos ſcopulos tãtóſ-

2. Para. 33. *Eccl. 5. c.* *Orat. de obitu Theo. imperat.* *Ho. 5. ad Monachos.*

que fluctus tranſire neceſſe eſt & videre antequã anchoram optato in littore collocem⁹, & putamus nos de præteritis eſſe ſecuros & ſine quotidiana cura & ſine quotidiano timore & tremore diẽ noſtrũ tranſigere debere? Quis tranſiens ſuper alicuius profunda fluminis, per arctiſsimi pontis anguſtias etiamſi maiorem partem inoffenſo tranſmiſerit pede, iam periculum ſe euaſiſſe credat, cùm in vltimi pontis ſpatio ſi paululum titubauerit caſum quem in medio ſpatio timebat incurrit? ſic nos etiãſi magna pars vitæ iſtius proſperè videatur fuiſſe tranſacta, non ideo fiduciam pręſumamus, cùm adhuc periculum pars extrema minetur. Quis in acie poſitus ante finem certaminis aut ante victoriæ ſententiam arma deponat? Sed ſufficiat ad tremorem incutiendum metus diuini iudicij de quo Theophilus Alexand. ex hoc Pſalmographi, *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris*. Terrore ignis æterni & deſiderio ſummi triumphi decet nos à peccato abſterreri, quod qui non faciunt terrentur his verbis aſſumpti contextus, *erit vita tua quaſi pendens ante te*, quæ literaliter ſatis explicata ſunt ex ſumma incertitudinę ſtatus hominum, quam ſe immiſſurum comminatus eſt Deus: accommodatè autẽ ad hominum incredulitatẽm (ex D. Ireneo) de Chriſti paſsione cuius quàm ſit futura inter homines exigua recordatio, ex his verbis colligit intelligens comminationum

In 3. Epiſt. paſchali ad omnes Epiſcop. Aegypti.

l. 4. c. 23.

prædictarum euentum in noua lege, ex eo quod non crederetur in Chriſtum crucifixum: iuxta hanc enim Diui Irenei interpretationem poſsimus nunc diſſenſioni religionis noſtræ Galliæ miſeros caſus aſcribere. Hæ ſunt maledictiones quibus ſubiacent qui à vero Deo deficiunt, longéque plures aliæ impendēt illis, quæ, vt in ipſo contextu dictũeſt, *nõ ſunt ſcripta in volumine legis huius*, quę (quanquam duntaxat temporalia mala præſagiunt) reprobis tamen initia ſunt damnationis. Melius eſt filiali & caſto metu Dei à malo abſterreri quàm ſeruili, vt qui initium ſit gehennæ, honeſtáque ea demũ eſt vitę conditio, quam qui ſequatur nullis conſcientię ſtimulis, nullo metu, nullo tremore prematur. Hanc vitæ rationem tutiorem eſſe hæ imprecationes facilè docent: quarum ideo memoriam ſic noſtris animis infigat Deus omnipotens vt per eam, gratiam eius in hac vita, & gloriam in futura conſequamur. Amen.

DOMINICA PRIMA aduentus. Homilia.

Matth. 21. *Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis & veniſſet Bethphage ad montem oliueti, tunc miſit duos diſcipulos dicens, ite in Caſtellum quod contra vos eſt. &c.*

DEus bonitate ſua infinita hominem creauit, creatus homo in periculo verſabatur, angelum ei cuſtodem dedit, cùm angeli cuſtodia protegeretur peccauit tamen, Redemptorem qui pro peccato ſatisfaceret ei prædixit, & tandem in tempore plenitudinis eum miſit, eum ergo prædixit primo peccatori ipſi Adamo cùm immiſiſſet in eum ſoporem id eſt (ex D. Hier.) ecſtaſin ſiue exceſſum mentis: In eo enim ſopore præuidit paſſionem Chriſti quod ex eo colligit Cartuſianus, quòd ſuſcitatus à ſomno prophetauit de matrimonio dicens, *hoc nunc os ex oſsibus meis et caro de carne mea, quapropter relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna*: Secundò prædictus fuit Redemptor noſter in Melchiſedech ſacrificante, quem fere his verbis Chriſto Do-

Quæ. hebr. in Gen.

Art. 22. in gen.

mino confert Cyrill. Hieroſol. ex his verbis *Catech.10.*
Pſalmi 109. *Iurauit Dominus & nō pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*: non ex corporea ſucceſſione accipiens ſacerdotium (ait) neque factitio oleo vnctus, ſed ante ſecula à patre, idque tanto excellentius aliis, quoniam hic cum iureiurando factus eſt ſacerdos: Alij enim cum iurerando ſunt ſacerdotes, alij ſine iureiurando: quia dicit *iurauit Dominus & non pœnitebit eum*: ſufficiēs erat ad ſecuritatem tantummodo voluiſſe patrem, duplicatio autem ſecuritatis eſt hic modus, cùm voluntati iuſiurandum accedit, vt propter res duas incommutabiles in quibus Deum impoſſibile eſt mentiri, fortiorem habeamus fidei conſolationem qui Chriſtum Ieſum filium Dei recepimus. Prædictus fuit & Abrahæ, his verbis *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. In Iſaac item ex Proſpero Aquitanico prima parte prædict. In Ioſeph. item, ib. cap. 25. in Moyſe, per hæc verba *prophetam ſuſcitabo tibi de medio tui ſimilem tibi, ipſum audietis, et ſi quis non audierit illum, vltor exiſtam*: adeóque ipſi Moyſi Chriſtus apparuit, vt ait Cyrill. Hieroſo. ex hoc Diui Pauli *fide Moyſes reliquit Aegiptum, maiores diuitias exiſtimans Theſauris Aegiptiorū improperium Chriſti* & ex hoc 1. Cor. 10. *bibebant de ſpiritali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus*. De eo item prædixit hæc Dauid, *Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis*, & Pſal. 109. *Ante luciferum genui te*, ſic

Gen.17. c.15.& 17.
Deute.18.
Catech.10.
Heb.11.
Pſal.71.

exodi 4. cum meſsiæ venturi deſiderio teneretur Moyſes dixit, *mitte domine quem miſſurus es*, ſed inimicus (*in quem eſt nobis colluctatio*) fidem hãc & quæcunque ex ea ſequebantur ſubuertere tentauit, inducẽs idololatriã ſtatim ac vnius Dei cœpit adoratio, vt ait Iuſtinus Martyr, aduerſus quem nobis animarũ & corporum medicus Chriſtus mederi voluit in typo Aſinæ & pulli vocans Iudæos & gentes, referens ipſe in ſe ſtatũ ſacerdotũ, id eſt Prophetæ, regis, & mediatoris.

Ephe. 6.

L. de monarchia dei.

Itaque { Venit Hieruſalem / Inſidens aſinæ & pullo / Eiicit vendentes & ementes.

Hieruſalẽ ergo mundum ſignificat affluentem omni nequitia, vtpote inter nobiles auaritia & ambitione & tyrannide, inter iudices crudelitate, inter legis doctores, fallacia iuxta comminationem quæ habetur Micheæ 3. qua prædicta fuit Hieroſolymæ deletio propter principum tyrannidem, pſeudoprophetarum fallaciam, & iudicum crudelitatem: venit autem non habiturus rationem aut acceptionem perſonarum, quę apud Deum nulla eſſe poteſt, ſed obſeruaturus & adimpleturus mandata patris, humiliantes ſe exaltaturus, & exaltantes ſe humiliaturus. De monte Olîueti mittit duos diſcipulos in caſtel-

2. Paralip. 28.

lum, quia de primitiua eccleſia prædicatores in mundum direxit: duos quippe miſit deſignando in ſummo Pontifice, qui Chriſti vices gerit in terris, vel in Epiſcopis & ſacerdotibus qui ab eo mittuntur, eſſe poteſtatem dimittendi peccata: vel duo præcepta charitatis in Deum ſcilicet, & proximum amicum & inimicum, eſſe Epiſcopo & ſacerdoti, qui peccata ſoluendi miniſterio funguntur, ſummè neceſſaria, vel duos ſignificans ordines prædicatorum ex gentibus ſcilicet & Iudæis, iuxta illud Apoſtoli Pauli, *qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes*, vel indicans duo eſſe teſtamenta, vetus ſcilicet & nouum, quorum prius poſteriori non ſoluitur ſed adimpletur: vel denique in ſcriptura literam eſſe & ſpiritum deſignans, literam quidem occidentem, ſpiritum autem viuificantem, aut vt ait D. Hieronym. in ſcriptura ſacra theoriam & praxim, id eſt ſcientiam & opera deſignans: ſed conuenientius hæc referri videntur ad prædicatores qui ad conuertendas animas vtriuſque populi gentilis ſcilicet, & Iudaici miſsi ſunt: erant autem illi duo Petrus & Philippus, ex D. Hilla. per Philippum, Samaria credidit, per Petrũ autẽ Cornelius Chriſto tãquam primitiæ gentiũ adductus eſt. Diſcamus ergo hinc non eſſe hominum prædicatores mittere, aut ordinem Hierarchicum

Gal. 2.

Super illud hoc factũ eſt vt ad impleretur.

Can. 21. in Math.

inſtituere: Nam prius illud, paganũ eſt, poſterius autem hæreticum: Legimus enim apud Dionyſium Alicarnaſſeum lib. 2. antiq. ſiue originum Romanarum Numam Pompilium, alióſque imperatores paganiſmũ promouentes, ſuos flamines quidem eligentes ſacris ſuis præfeciſſe, Hierarchiam autẽ ſpiritualem habuiſſe non legimus, ſicut nec ſacerdotes Pharaonis qui regia authoritate inſtituti, diuinis operandi poteſtatem minime ſunt conſecuti: de hoc autem conſtat ex Hieroboam idololatra qui fecit ſibi ſacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Leui quos Dominus ſolos ſelegerat in miniſteriũ tabernaculi & altaris: quã doctrinã Caluinus nouiſsimè inuexit, electionem miniſtrorum Dei deferens regibus magiſtratibus & ſenioribus, à quibus qui poteſtates eccleſiaſticas accipiũt, audiant D. Cypr. dicentem de ſe, hi ſunt qui ſe vltra apud temerarios ſine diuina diſpoſitione præficiũt, qui ſe præpoſitos ſine vlla legis ordinatione cõſtituũt, qui nemine Epiſcopatũ dante Epiſcopi nomen ſibi aſſumũt, quos deſignat ſpiritusſanctus his verbis *ſedentes in Cathedra peſtilentiæ*, ſúntque verè peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena lethalia linguis lethiferis euomentes, quorum ſermo vt cancer ſerpit, quorum tactus pectoribus & cordibus ſingulorum mortale virus infundit. Quod, ſi quando contingat fieri, iuſta Dei vltione fieri credendum

Gen. 47.

3. *Reg.* 12.

L. de vnit eccleſiæ.

Pſ. 1.

dendum

dendum eſt:intelligetur autem ex prædictorũ perDeum quadruplici miſſione:quoſdã enim mittit nec ſibi nec populo cui prædicabunt profuturos ,*ſed vt cæcus cæcum ducendo, ambo in foueam cadant*: de quibus Oſeæ 13.dicitur,*Dabo vobis regem in furore meo*, in furore enim paſtor datur, quando malis peior prçficitur. Secundò datur paſtor interdum pro ſe,ſed non pro populo,teſte B.Greg.Pap.ſuper illa verba *ſaluabit pop. meum* : ſicut dicit Dominus ad Ezechielem 2.cap.mitto ego te ad filios Iſraël, ad gentem Apoſtatricem quæ receſsit à me:tunc enim non excidit ſpe laboris ſui prædicator, cùm ſuam legationem etiam apud gentem infidelem fideliter obierit: vt enim(ex D. Aug.) malignus ſuaſor peccati etiamſi non perſuaſerit meritò pœnam deceptoris incurrit,ita fidelis iuſtitiæ prædicator, etiamſi ab hominibus(quod abſit)reſpuatur,apud Deum ſui officij mercede non fraudatur, datur & interdũ pro pop.non pro ſe quãdo bonis ſubditis paſtor præficitur qui dotes quidem habet, vt aliis proficiat, ſibi autem detrimentum accumulat:tales illi erant de quibus dixit,*quæ dicũt facite,ſecundum opera eorum nolite facere*:hi erant Phariſæi. Súntque veluti faces,lucem quidem hominibus præferentes, ſeipſos autem conſumentes, aut vt tintinnabula, alios quidem ad pietatem vocantes, & ne minimam quidem pietatis ſpeciem habentes: mittitur & quarto modo à Deo prædicator pro ſe &pro

Matth.15.

l.4. in 9.c. 1.regũ c.4.

l.1. contra Creſc. Grãmat.c.5.

Matt.23.

N

populo, vt eum ſecum educat ad brauium ſupernæ vocationis: Naſcitur autem hæc varietas (ex D. Hieron.) ex inſtitutionis prædicatorum diſsimilitudine ac differentia: quidam enim vt Eſaias, Hieremias, & conſimiles Prophetæ à Deo miſsi leguntur, non ab hominibus: Alij oppoſito modo, ab hominibus, non à Deo, homines enim plerúmque eos ad concionandi munus aduocant à quibus placentia & adulationis plena audiant, dicentes ad eos *loquimini nobis placentia*, quos increpat per Prophetam Dominus dicens, *væ qui conſuitis puluillos ſub omni cubito, & facitis ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas* ſuper quod Chriſoſt. ait, quiſquis male agentibus, adulatur, puluillum ſub cubito & ceruical ſub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat in eas fultus molliter acquieſcat: ſunt, & tertij generis homines qui à Deo per homines mittuntur, vt qui in varias regiones ab Apoſtolis ad prædicandum miſsi ſunt: ſunt & quarti, qui nec à Deo nec ab hominibus mittuntur, ſed ſeipſetæ & pſecundè intrudunt, vt pſeudoprophos inuereudoapoſtolī, hodie autē hæreticæ prauitatis miniſtri quos vulgus prædicantes vocat, atque hi ſunt quos dat Deus in furore: dans quoque cum illis impudentes homines ex quouis ordine qui eos in conſilium adhibeant, qui iis ad plebis vexationem vtantur, qui illos ad omnem impietatem armare ac tueri non dubitent: mit-

In 1. *cap. ad Gal.*

Eſa. 30.

Ezech. 13.

Hom. 38. *ad po. Antioch.*

tuntur ergo non ab hominibus, non à ſeipſis duo Apoſtoli Petrus & Philippus, ſed à Chriſto Deo & homine, qui ſub typo Aſinæ Iudaicum populum, ſub typo autem Aſelli ſiue pulli gentilem ſoluant à peccatis, eximant tenebris ignorantiæ & ad viam ſalutis introducant: qua de re ſic D. Chriſoſtom. *Ho. 37 op. imperfecti.* propter quaſdam ſimilitudines aſinis aſsimilati ſunt homines Dei filium non cognoſcentes: eſt enim animal immundum & præ cæteris pene iumentis, magis irrationabile, ſtultum, infirmum, ignobile, & oneriferum. Sic fuerunt homines ante Chriſti aduentum paſsionibus diuerſis immundi, irrationabiles, verbi ratione carentes, ſtulti propter Dei contemptum, infirmi ſecundum animam: ignobiles quia obliti generationis cœleſtis, facti fuerunt ſerui paſsionum & dæmonum: oneriferi quia ſufferebant ſarcinam erroris à Dæmonibus vel à Philoſophis impoſitam: hæc ſingula quàm aptè ad hæreticos noſtri temporis accommodentur, ordine perpendat tacitus apud ſe ſtudioſus lector. Subiungit D. Chriſoſto. Ligata erat Aſina, id eſt diabolici erroris vinculo impedita, vt non haberet libertatem eundi quo vellet: nam antequam peccemus, liberum habemus arbitrium ſequendi voluntatem diaboli & non ſequendi: quod ſi ſemel peccantes obligauerimus

nos operibus eius, iam noſtra virtute euadere non poſſumus, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi tempeſtas voluerit, ſic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum non quod vult agit, ſed quod diabolus vult: & niſi Deus valida manu gratiæ ſuæ ſoluerit eum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit, & ideo dicit diſcipulis ſoluite, ſcilicet per doctrinam veſtram & per miracula veſtra, quia Iudæi & Gentiles per Apoſtolos ſunt liberati, & adducite mihi: id eſt ad gloriam meam illos conuertite. Hoc enim eſſe munus Apoſtolicum indicauit denuo vel ex eo (vt ait Origenes) quod aſcendens in cœlum iuſsit diſcipulis ſuis vt ſoluerent peccatores, dans eis ſpiritum ſanctum. Quod iuxta ſenſum literalem huius Euangelij de Iudæo dicit Chriſoſt. id ipſum nunc de omni homine qui à catholica religione defecit videtur exprimendum: ligatus eſt hæreticus diabolicæ prauitatis vinculo, ita vt liberè non poſsit ex eius laqueis emergere: deficiens enim à fide catholica vt nouam apud ſe componat, vel in Atheiſmum degeneret, iam amplius ſua virtute emergere non poteſt: non amplius quod vult, agit, ſed quod vult diabolus, niſi Deus eum valida manu gratiæ ſuę ſoluat, in vinculis ſuę excæcatæ mẽtis manebit, & in peccato ſuo morietur: ſoluat ergo eum Deo duce & aſpirante per omnia, & per doctrinam ſuam, & per opera ſua

Tr. 14. in Matth.

zelator eccleſiaſticus, vt vtrumque ſuſpiciens in eo malignus, glorificet in vtroque patrem cœleſtem, ſed & in conuerſatione bona poſtea, & in deteſtatione mali ſui: quod ſi hæreticus irrideat, audiat quàm concinne & appoſitè dicatur de ſe quod de Iudæo per B. Chriſoſt. dictum eſt, dum Aſini ex Pierij valeriani Hieroglyphicis, proprietates ipſi accommodamus. Eſt in Aſino (inquit) ſumma ſtupiditas & rerum inexperientia, efficiens vt potius occumbat in natali ſolo contrà ac muli & equi, iuxta illud. *Iſachar, Aſinus fortis & accubans inter terminos*, quis magis de ſcripturis altercatur quàm earum planè ignarus hæreticus, & quis magis appetit in terrenorum fæce mori quàm hæreticus impius? Fuſtibus & plagis aptus eſt Aſinus, vnde in prouerbium, dicuntur plagæ Aſinatæ: Dæmonis carnis & mundi fuſtibus & plagis prope obtuſus & ruens hæreticus, nouarum acceſsione magis ac magis delectari perſpicitur ſemélque in horum trium laqueos prolapſus, ſi magis ſemper iis obuoluatur, delectatione afficitur, non ſentiens credo ſeueræ damnationis iudicium ex iis ſequi. Fatuus eſt Aſinus, eſt & fatuus hæreticus: cùm enim dicat ſcriptura *niſi credideritis non intelligetis*, quid imperitius hæretico homine qui arcana ſcripturæ & fidei quæ non credit, iactitat ſe intelligere? Aſinus magnas habet aures, atque ex omnibus brutis animantibus poſt mures acutiſsimè audit: nun-

l.12. *Gen.49.* *Eſa.6.*

quid refert nobis hæreticum hominẽ attendentẽ diligentiſsimè quid vtique fiat vel conſtituatur ad promouendũ fidem,& ad diaboli patris ſui deſtruendas machinas? qui eum etiã in finem ſi quo pergere ipſe nequeat,exploratores ſui ſimiles ſolet mittere, qui quid fiat ei referant? Eſt & in Aſino inſignis nota petulãtiæ & amoris delitiarum carnalium, iuxta Prophetam dicentem de voluptuoſis hominibus, *quorum carnes vt carnes Aſinorum*: nunquid æquè inſignis laſciuiæ & petulantiæ nota eſt in hæretico qui errorum ſuorum vnam matrem delitiarum carnalium amorem habet. Eſt & inſignis nota impudentiæ in Aſino qui quantumcunq; verberetur nihil curat niſi vt ſuæ voluntati morem gerat:ſæpe etiam videas bellorum iniuriis ad extremam inopiam redactum hæreticum vel caritate annonæ,vel vi morborum nihilo citius ad reſipiſcentiam ſeſe accingere:Eſt &in Aſino ſumma indocilitas, ſecundum quam etiam inter homines à Platone Aſini dicuntur, qui grauia aggreſsi onera, ab inſtituto coguntur deſiſtere: quid quæſo grauius & difficilius aggrediuntur hæretici quam nauim Petri,id eſt militantem eccleſiam,quam dum expugnare cõtendunt ac ſubmergere, aſsiduis concuſsionibus proficere intuentur, & ſic à temere inceptis negociis deſiſtere coguntur? habet & aliquid in ſuo corpore Aſinus quo nobis ridiculum externo ipſo geſtu hæreticum ſpe-

Ezech.23.

l.3. de legibus.

ctandum præbeat:in Aſino enim irriſum videas ex rictu & labiis rite diductum, irriſum inquam facilè cuiuſlibet tranſeuntis greſſus remorantem, eíque facile riſum excitantem: geſtientem hæreticum ſi quis intuitus fuerit, in leuiſsimis rebus exultantem,cito triumphãtem, citius autẽ in mala ſuæ impietati debita incidentem, facilè ad riſum moueatur: ſi enim Deus *qui habitat in cœlis irridet impios & ſubſannat eos*, Cur non exultet in Dei victoria Catholicus qui impium ad tempus exaltatũ, cito deiici videat? Habet Aſinus pilos mixtos albo &nigro colore,ideóque per Ægyptios à Deorum ſacrificiis alienus eſt habitus: habet hæreticus homo quo Aſinũ in pilorum colore referat, cùm æqualibus ſuis in Chriſtianũ debacchatur inſoleſcitfremit ac ſęuit:vbiverò maiorem catholicorũ numerũ adeſſe ſenſerit qui ſibi aduerſentur,ceſſat quaſi hominũ præſentiã potius formidans quàm Dei iudiciũ,& quaſi hominũ multitudine potius quã cauſæ (quæ tamẽ nulla eſſe poteſt) æquitate permotus.Hæreticorũ itaque tot tantáſq; infirmitates ex Aſini proprietatibus perpendẽtes facile concedent eos Chriſti Domini & Apoſtolorum auxilio egere,vt ſoluantur ab impietatis & perfidiæ ſuę erroribus, vt qui olim in grege Chriſti per ſacramentum Baptiſmi computati,nunc ab eo receſſerunt. De ſeſſione Chriſti ſuper Aſinam & pullum hoc loco nihil dicimus,niſi hac populi IudaiciChriſto in Hieru-

Pſal. 2.

ſalem venienti applaudentis exultatione, nos doceri quomodo priorem aduentum eius celebrare debeamus : ad quod nos exhortatur

Rom. 13. D. Paulus his verbis, *nox praceſsit, dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus*, quę intelligit de nocte peccatorum quę fuerat in veteri lege in qua in prophetas ſæuierat pop. Dei, iuxta hanc interpretationem

Ho. 24. *ad Rom.* D. Chriſ. quando noctem ad diluculum vſque properare videmus, garrientémque arundinem audimus, proximum ſibi quiſque exci-

„ tamus, & licet nondum ſolutæ ſint prorſus
„ nocturnæ tenebræ, quoniam tamen quod re-
„ liquum eſt tranſit ſollicitando alius aliũ, diem
„ factum eſſe dicimus & quicquid diurni eſt tē-
„ poris, induti, à ſomniis liberati, excuſſo pror-
„ ſus ſopore, facimus ne non paratos orta dies
„ inueniat: quod igitur in tēporalibus facimus,
„ id ipſum in Chriſti in carnem aduentu facia-
„ mus, exuamus phantaſias, liberemur ab huius
„ vitæ ſomniis, excutiamus profundum mentis
„ ſoporem, induamúrque loco veſtimenti virtutem, hæc enim omnia ſignificans Apoſto-

Serm. 1. *de* 1. *Chr. adu.* lus dicit, *Abiiciamus ergo opera tenebrarũ & induamur arma lucis*: & D. Aug. multæ pompæ parantur filio regis naſcenti, & venientem in carne Chriſtum ad nos ſaluandos non celebramus? Pauper quidem temporalibus ſed cœleſtibus ſiue ſpiritualibus donis diues fuit. Quem ergo venientem celebrandum prædi-

xit D. Ioan. Bap. his verbis, *Parate vias Domini, rectas facite ſemitas eius*, eundem veniſſe, paſſum fuiſſe, reſurrexiſſe, aſcendiſſe, ſpiritum miſiſſe exultemus: ſed & ad conſummationem mundi vſque, eccleſiam militantem dirigere lætemur: & ſicut venturum cecinerunt qui ſub lege Moſaica degebant tantum beneficium expectantes redempturi mundum, ita nos eius qui de morte triumphaturus venit, memoriã celebremus, & perpetuam ei rependamus gratiarum actionem, vt prioris aduentus memoria, ſecundi (qui nobis perpetuò tremendus eſt) cogitationem iucundam inducat, in quo, ſicut de templo vendentes & ementes, eiecit, & poſtea terrę promiſſæ per Titum & Veſpaſianum pacifica poſſeſſione deſtituit, ita cœleſtis Hieruſalem poſſeſsione quam ſolis beatis promittit, in ęternum priuabit, eam autem iis qui memoria aſſidua vtriuſque ſui aduentus à peccato terrebuntur, pro mercede retribuet, quam nobis concedere dignetur cum beatis pater, filius, & ſpiritusſanctus. Amen.

DOMINICA SECVNDA aduentus. Homilia.

Luc. 21. *Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperueniet vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.*

In exhort. ad virgines. BOna eſt ſubſtantia cui nõ eſt peccatum in cõſcientia, Eccleſiaſtici 13. Ratio eſt, ex D. Amb. hæ ſunt ſummæ diuitiæ innocẽtia & ſimplicitas quibus peccatum non imputatur: quod docet D. Baſil. in hæc Pſalmi 118. *pax multa diligentibus legem tuam & non eſt illis ſcandalum*, his ferè verbis, qui diuino amore velut quodam igne incenſus & pacem cum Deo per mandatorum eius cuſtodiam adeptus eſt, is, etiamſi ab omnibus impugnetur hominibus iucundam tamen viuit vitam: quia primũ vilipendit cruciatus huius mundi, tum quia non metuit ſigna præceſſura iudicium generale: vt qui non ſit reus, vt qui videt maleficum et tranquillitatis publicæ hoſtem à magiſtratu appreheſum, primò armis ſuis ſpo-

liari,in carcerem trudi,morti adiudicari, prodeuntem in ſupplicij ſubeundi locum, aperto capite incedere ligatíſque manibus,ita vt nulla ex nota ampliùs eum ſui iuris eſſe deprehēdatur quippe prolata illi ſententia mortis, nullo metu afficitur, quia ſibi nullomodo eſt conſcius: ſic qui proximo ſecundo aduentu Chriſti cœleſtium,aërioꝛum,aqueorũ, & terrenorũ vſũ hominibus denegari videbit, ſi ſecura ſit conſcientia: ideo in iis mala ante iudicium euentura pr̨edicuntur,vt qui ſponte non reſipiſcunt id eſt(vt ait poëta) virtutis amore, diſcant non peccare pœnæ formidine: vt enim ſceleratus quiſque videns iudicem ad proferendam mortis ſententiam paratum,perhorreſcit,ita qui Deum ad iudicandum veniētem ob oculos proponet,eius iudicium ſuſpiciet: Liceat enim videre vel in ſecularibus negotiis tractādis occupatos cũ palatiũ aliquod ingrediũtur ſiue comites ſint ſiue præſides nō parum metuere quomodo ſint reſponſuri & ne in reſpondēdo lapſi reprehenſionem & ſupplicium incurrant: Ruſticos verò homines & ſimplices qui nunquam regem inuiſunt ſecurè viuere: Sic enim (ait Macarius) mundus hic qui ſub cœlis eſt ſe habet à regibus vſq; ad pauperes,cũ ignorent gloriã Chriſti,de rebus tãtùm ſecularibus ſunt ſolliciti: nec citò quis in mentē reuocat diē illũ iudicij:Qui verò cogitationib⁹ aſcēdũt ad tribunal Chriſti vbi eſt Thron⁹eius,perpetuò ſtãtes in cōſpectu illius *Ho.15.*

ſunt in continuo metu &tremore ne quo modo aberrent ab eius præceptis: Quæras autem nunquid leuioribus mutationibus quá quę in noſtro contextu habentur, iudicium extremum deſignari poſſet? opus eſt humano generi circa extremum conſtituto totum mundum contriſtari, vniuerſa cœli miniſteria lugere, & ſuo candore depoſito, pro veſtibus luctuoſis tenebris veſtiri: Nam ſi patre familiâs moriente tota domus eius turbatur, omnis familia plangit & vnuſquiſque conſciſsis ſuis tunicis, nigris ſe opperit veſtimentis, quid fiet cùm huius mundi finis inſtabit? Ideo ergo ad iudicium præparamur,

conſiderantes { quid iudicium. / quis eius horror. / quanta maieſtas venturi. }

Ho. 55. ad pop. Antioc. Ratio, cur iudicij futuri ſigna prædixit Chriſtus, eſt ex D. Chriſoſt. quia gehenna non minùs quàm regnum Dei circa nos curam oſtēdit, cooperatur enim gehenna cum regno ad ipſum homines timore compellens, ne ſæuitiæ rem eſſe cenſeamus ſed miſericordiæ, multęque benignitatis & curę & dulcis erga nos amoris, niſi enim per Ionam ſubuerſio denunciata fuiſſet, nō fuiſſet pro hibita: eorum enim quæ vult Deus facere, contraria dicit vt quæ vult faciat, nō vult mortē peccatoris, & dicit mortem peccatoris ne mittat in mortē, ac ne hoc minas non autem factum putet Chriſtianus, ſimile habemus in diluuio Noë, & tamen

omnes id fabulam eſſe putant: nullus vnquã illum diem in mentem admittit, nullus cogitat quod præſentia prætereunt & quod hæc ſunt temporanea licet ipſis rebus quotidie clamantibus & vocem emittentibus: prçmaturæ enim mortes & rerum noſtrarum mutationes nobis etiam viuentibus factæ nos non corrigunt, non languores & reliqui morbi: perpetua mutatione videmus hæc inferiora conſtare, & nunquam hyems remanſit, nunquam æſtas, nunquam ver neque autumnus: ſed omnia currunt, auolant & fluunt: ſed quid dixerim flores? dignitates? reges? quj ſunt hodie cras non erunt, diuites, ædificia ſplendida, dies, nox, ſol, luna, hæc decreſcit, ille eclipſim patitur; illam ſol abſcondit: ſola anima poſt Deum & angelos ſemper manebit, & hanc negligimus, eorum quæ tranſeunt curam gerentes, manentis autem ſemper tanquam trãſeuntis curam non habentes: fabula quædam & ſomnium eſt vita, & ſicut in ſcena aulæo ſublato varietates diſſoluuntur & euaneſcunt, & lignum quidem quod plantaſti manet & domus quam plantaſti, faber autem & agricola pereunt, ita nũc quoque cõſummatione ſeculi veniente tam communi quàm particulari omnia diſſoluuntur & euaneſcunt. Rectè Salomon commemoratis omnibus pretioſis quç ſibi fieri voluit, ſubiicit, *vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Generoſè ergo Chriſti regnum deſideremus, quod *nec oculus vidit nec* Eccle. 1. 1. Cor. 2.

auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: Si contempleris ædificiorũ decorẽ videbis ſplendidiora eſſe opera formicarum & culicum ita vt tua ſint paruulorũ ludibria puerorum: & ſicut homini bene conſtituto quanto altiùs aſcendit, tanto nitidior videtur aër, ita quanto magis abſtrahes animum à terrenis & ad æternitatis gloriã attendes tanto maiora tibi parari videbis, & hęc quotidiana pericula minus formidabis ſciente cõſcientia quid turpiter non admiſeris, quantúmque hoſti inſidianti reſtiteris. Hoc eſt quod ad fraticidam Caynum
Gen. 4. dixit Deus, *nonne ſi bene egeris recipies, & ſtatim in foribus tuis peccatum aderit*? Attendendũ autem duplex eſſe iudicium, occultũ ſcilicet & manifeſtum: de priore ad Caynũ habentur ſuperiora verba: & hæc ad eos qui in erroris via ſæ-
Sap. 1. pius ac diutius errauerunt, *propter hoc tanquam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti*, quod; de quibus cõmodiùs quàm de pueris qui illudebant & conuiciabantur Heliſeo in quos vrſi è ſaltu miſsi ſunt diuinitus, intelligi poteſt? Ad priuatum quoque ſiue occultũ iudicium, ſpectant mortes repentinæ frequentius immiſſæ in veteri lege vt Pharaoni & exercitui
Exod. 14. eius, Achan, colligenti ligna in ſabbato, Ozæ
Ioſue 7. ſuſtinenti Archam ne caderet, duobus quin-
Num. 15. qua genariis: ſed & in nouo teſtamento vt
2. *Reg.* 6. Ananiæ & Saphyræ: de priuato iudicio eſt
4 *Reg.* 1. quoque hoc D. Pauli: *flagellat Deus omnem fi-*
Heb. 12. *lium quem recipit*, & hoc Hebr. 9. cap. *ſtatutum*

eſt omnibus hominibus ſemel mori poſt hoc autem iudicium: Eſt enim occultum iudicium (ex D. Auguſt. pœna qua nunc vniuſquiſque hominum aut exercetur ad purgationem aut admonetur ad conuerſionem: aut ſi contempſerit vocationem & diſciplinam Dei, excæcatur ad damnationem, de vtroque iudicio ſunt hæc, *qui credit in me tranſiet de morte ad vitam nec in iudicium veniet*: in tranſitu enim de morte ad vitam, iudicium eſt occultum: in his autem, nec in iudicium veniet, iudicium manifeſtum intelligitur. Hæc quoque ad vtrumque iudicium pertinent, *qui non credit in me iam iudicatus eſt*, id eſt occulto iudicio iam præparatus eſt ad illud manifeſtum. Atque iuxta hanc expoſitionem ait D. Auguſt. qui non corriguntur iſto occulto iudicio, digniſſime illo manifeſto punientur: ad iudicium autem priuatum pertinent hæc D. Auguſt. Quicunque ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, ſecundum legem iudicabuntur, incommutabilis enim eſt illa lex qua boni beatam vitam, mali verò miſeram merentur, reddétque Deus omnino mala pro malis quia iuſtus eſt, & bona pro malis quoniam bonus eſt, & bona pro bonis quoniam bonus eſt & iuſtus: alioqui enim ſi nullum eſt meritum vel bonum piorũ uel malum impiorum, quomodo iudicabit Deus mũdũ? dicitur in ſymbolo Deus iudicatur⁹ viuos & mortuos: illos, id eſt

In Pſa. 9.

Ioan. 5.

Ioan. 3.

l. 20. de ci. d. c. 1.

Epiſt. 47.

idem c. 6. l. 1. de l. arb.

quos in ſuo aduentu adhuc viuentes inueniet
In Enchirid.c. 55. (ait D.Augu.) quomodo inuenti ſunt homines in diebus Noë à diluuio ſubito inundãte, & Sodomitæ ab igne cœleſti: hi viui ſi fuerint iuſti depoſita corruptela rapientur obuiam Chriſto in aëra, ſi autem impij fuerint dies Domini veniet ſicut fur in nocte, ita veniet
1. Theſſal. 4. eis, cùm enim dixerint (vt ait Paulus) *Pax & ſecuritas*, tunc eis repentinus ſuperueniet interitus ſicut dolor in vtero habentis & non effugient, mortuos autem etiam omnes iudicabit, id eſt omnes eos qui vel iam ab initio mũdi mortui ſunt vel ante eius aduentum adhuc morientur, qui omnes *audiẽt vocem filij Dei & cũ corporibus ſuis de monumentis procedent, qui bona*
Ioan. 5. *egerũt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij*. Alioqui etiam ib. intel-
L. de reſur. ligit D.Augu. viuos, iuſtos: mortuos, iniuſtos: idem ait Athenagoras huius iudicij terrorem ſic aſsiduè meditabatur Cõſtantinus magnus (vt eſt apud Euſeb.) lib. 3. de eius vita cap: 22. vt eius memoriam militibus ſuis prçliaturis proponeret, ac ſic eos ad fortiter pro Chriſti Domini iudicaturi eccleſia concertandum excitaret: huius iudicij horror continetur multiplicibus ſignis quorum duplex eſt expoſitio: Prior Anagogica, poſterior Tropologica, vtraque autẽ ad literalem ſequitur, quam breuiter attingimus. Eſt igitur eiuſmodi ſol, Lu-
Orat. de laud. conſt. na, & cętera luminaria cœleſtia (ex Euſeb. Pãphilo) vniuerſitatis moderatori. Honorem impar-

impartiuntur quia eius nutu & prçcepto rebus quæ tenebroſum locum occupant aſſiduam lucem porrigũt, ad hoc enim ea creauit Deus:nec mirum ſi in ſole (ait D.Grego.)pœnas peccatorum ſe inchoaturum cõminatur Chriſtus, cùm ſit ſol creatura nobiliſſima: Eſt enim verè ſol Deus, ac vt ſol oculus mundi viciſſitudines rebus affert, ita Deus omnia quæ in mundo ſunt regit ac temperat, vtque (ait Chriſoſt.) cùm ſolis luce indigni erimus, in priuatione lucis ſolaris plectemur, ita cùm beneficiis Dei per peccatorum multitudinem indigni erimus,quotidiana eius nobis ſubtrahentur beneficia quç quibuſcunque in creaturis nobis conferuntur: ſi enim priuatis in locis,per prodigia & ſigna in ſole,luna & aliis creaturis homines commouet, & interdum plectit Deus propter incolarum peccata, cur non,cùm in immenſum excreuerit hominum malitia, ac per vniuerſum terrarum orbem vniuerſæ creaturç et Dei beneficiis deſtituentur homines? ad anagogicam expoſitionem veniamus ſecundum quam in ſolis nomine Chriſtus intelligitur quem homines *ſe noſſe confitentur & factis negant* ad quos dici poteſt hoc Apoca.3.nomẽ habes quod viuas & mortuus es, ſiquidem qui dicit ſe manere in Chriſto,debet ſicut Chriſtus ambulauit, & ipſe ambulare: conuerſus dicitur ſol in tenebras quando ab hominibus quos venit ſaluare ignoratur. Luna, dicitur eccleſia, ſanguis in

Ho.1. in euang.

Ho. 12. ad pop. Antio.

Ad tit. 1.

1. Ioa. 2.

Ioel. 2.

quem conuertetur, eſt perſecutio quam ſuſtinuit ſub 10. Imperatoribus ex Theophilacto, & quam vſque ad mundi conſummationem ſuſtinebit: in ſtellis cadentibus de cœlo intelliguntur qui conuerſationẽ cœleſtem deſerẽt & cadent per infidelitatem ſiue etiam qui iam ciderunt: ac vt ad mores propiùs hæc accõmodentur, in ſole prælatus, id eſt Epiſcopus

Malach. 2. & ſacerdos intelligitur, *cuius labia cuſtodiunt ſcientiam, vt legem exquirant homines de ore eius*, rectè docentis & vices ſuas obeuntis. Cui rectè docenti & vices ſuas obeunti, cùm debitus honor impenditur, lux eius fulgere dicitur: de eo enim dicitur Eccleſiaſtæ 7. c. *honorifica ſacerdotes & da illis partem ſicut mãdatum eſt tibi primitiarum & purgationis*: ſol quantumcunque fulgeat, cæci hominis greſſus non dirigit, etenim vt quis ſecurè incedat & luce externa indiget & ſenſu oculorum: ei ergo obtenebratus eſt ſol, cui ſenſus oculorum denegatus eſt, itaque ſedulò doceat opere & verbo prælatus eccleſiaſticus vel ſacerdos: ſi non audis, aut ſi quem audis eum deſpicis, ita vt qui in eo eccleſiam non audis ſis veluti

Matth. 18. ti ethnicus & publicanus, tibi ſol obſcuratus meritò dicitur: in Luna principes ſeculares intelliguntur, qui non ſine cauſa gladium portant, ſed vt vindices ſint in iram ei qui peccat, maximè autem aſpernãti Deum vt hæretico, Atheo, venefico, ſortilego & aliis. id genus hominibus: ob hanc enim cau-

ſam maximè ad principes dicitur, Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt: *Lauamini & mundi* *Eſa.*1.
eſtote, & aufferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe & diſcite benefacere: Regionem veſtram coram vobis alieni deuorabũt&deſolabitur ſicut invaſtitate hoſtili,quæ ſunt verba Dei ad principes,volẽtis eos dirigere ad ſuorum mandatorum obſeruationem : ad Hieruſalem autem ſermonẽ dirigens per Prophetam Deus,ait ib. de principibus pop. Iudaici: *principes tui infideles, ſocij furum omnes, diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, cauſæ viduarum non ingrediuntur ad illos*. De quorũ iniuſtitia etiam hoc *Eccleſ.*4.
intelligit ſcriptura: *panis egentium vita eſt pauperum, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt*. Hoc quoque *vidi calumnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrimas innocentium, & neminẽ conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos*, quibus verbis iidem qui & ſuperiobus videntur intelligi *habentes alas quaſi alas mi-* *Zach.*5.
lui, quibuſcum ſedent nefarij in inſidiis vt interficiant innocentem : ac rectè certè principes Iudæorum miluis comparauit Zacharias vt ex milui Hieroglyphico apud valerianum deſcripto intelligi poteſt : miluus enim (ait) tempore, quod autumno con- *l.*17.
trarium eſt, ſolet apparere, denunciatque appropinquare pauperi ceſſationem à ſæuitia frigoris &ſpem bonorum æſtatis,ſic princeps cùm principatum ſuum ingreditur ſi quibus

tumultibus grauatum inueniat populum, iis finem imponat, tranquillitatem populo ſuo omni ſtudio &diligentia procuret, omniáque bono publico aduerſantia auertat, verè principis nomen obtinere dicetur. Miluus vno impetu oberrat ſpacioſsima interualla aëris, vt prędam comprehendat: princeps ſe prouincia ſua dignum oſtendat ea diligētia qua omnes hæreticorum & maleficorum peſtes olim à piis regibus Iſraël exterminatę ſunt: poſt autem, etiam à Chriſtianis regibus, verè enim præda eſt catholico principi ſceleratorum hominum conatus nefarios cohibere, in quo cū nulla ad id præſtādum in Dei & eccleſiæ pauperum ac afflictorum cauſa, perſpicitur diligentia ita vt per eius incuriam libera ſit ac veluti conceſſa ſanguinis humani effuſio & animarum perditio, Luna verè in ſanguinem cōuerſa dicitur: ſtellæ cadentes ſunt clauſtrales redeuntes in mundum, & ſecularium negotiis ſe immiſcentes: illi quidem nouam volentes erigere eccleſiam non fundatam ſuper firmā petrā quæ eſt Chriſtus, vt præcipui hæreſiarchæ noſtri temporis: hi vero tales, quales deſcribit D. Hier. his verbis Epiſtola quarta quæ eſt de recta viuendi forma, Si monachus eſſe vis, non videri, habeto curā non rei familiaris cui renunciando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ: ſordidæ veſtes candidæ mentis indicia ſint, vilis tunica contemptum ſeculi probet: hanc doctrinam D. Hieron. non nouit aut

Ad ruſticū monachū.

potiùs ſequi noluit Lutherus, in habitu quidẽ monaſtico primùm nouam doctrinam volẽs diſſeminare, campos libere(vt cum quouis diſputandi publicè occaſionem haberet) peragrans, modò choreis indulgens, modò ipſe inſtrumentorum muſicorum concentu ſecularium omnium aduenientiũ aures ſine verecundia in ſuo habitu demulcens, & principũ ſuæ ſubdolæ doctrinæ fauentium, ac etiam aliorum vt eos diabolo lucrifaceret aulas frequentans, & tandem Monachi habitum prorſus exuens: alios etiam, quoſdam depingit monachos in eadẽ Epiſtola, eos quidẽ qui monachi habitũ non abiiciunt, ſed vitam & mores, vtpote obedientiam & paupertatem: ſic enim de iis loquitur, vidi ego quoſdam qui « poſtquàm renunciauere ſeculo veſtimentis « duntaxat & vocis profeſsione non rebus, ni- « hil de priſtina conuerſatione mutarunt: res « familiaris magis aucta quàm imminuta: eadẽ « miniſteria ſeruulorum, idem apparatus con- « uiuij: in vitro & patella fictili aurum comedi- « tur, & inter turbas & examina miniſtrorum nomen ſibi vendicant ſolitarij, atque hi ſunt qui in ſtellis cadentibus intelliguntur: areſcẽtes autem homines ex hæreſi ſunt intelligendi, vt ait D. Auguſt. ad Heſichium, de quibus *Epiſt. 80.* figuratè dictum eſt Exodi 5. cap. diſperſus eſt populus Iſraël (id eſt populus Dei qui erat vitæ contemplatiuæ deditus) per omnem terram Ægypti ad colligendum paleas, id

eſt voluptates ex hoc Pſ.105. *Commixti ſunt inter gentes & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum & factum eſt illis in ſcandalum*: dicuntur & areſcere homines ex defectu bonorum operum: iuxta illud, Non eſt ſcientia, miſericordia & veritas in terra, ſed maledictum, furtum, mendacium: preſſura gentium dicitur ſecundum expoſitionem Solis & Lunę & ſtellarum quæ iam poſita eſt: virtutes cœlorum quæ mouebuntur ex D. Greg. Angeli, dominationes, principatus, & poteſtates intelliguntur, quæ in aduentu diſtricti iudicis noſtris oculis tunc viſibiliter apparebunt: vt id à nobis tunc diſtrictè exigant quod redemptor noſter nunc æquanimiter portat nobis peccantibus: vel mouebuntur, id eſt, ex Chriſoſt. non intrepide ſtabunt videntes infinitas multitudines condemnari: maieſtas autem Chriſti veniētis pręuio igne manifeſtabitur, qui vniuerſum peragrabit mūdum, & altitudinem aquarum diluuij æquabit, nempe excedens altiſsimum montem quindecim cubitis, ait D. Auguſt. Crux erit ſole fulgentior ait D. Chriſoſt. ho. 67. 1. exp. in Matt. In ea enim videbunt impij in quem transfixerunt vt habetur Zacha. 12. ac iuxta hanc D. Auguſt. ſententiam canit Eccleſia. *Hoc ſignum crucis erit in in cœlo cùm Dominus ad iudicandum venerit.* Fiet autem hoc iudicium in momēto, in ictu oculi: veniet autem Chriſtus in nube, iuxta illud, *vidi nubem candidam & ſuper nubem, ſedentem,*

Oſea 4. *Vbi ſupra.* *l 20. de ci. Dei ca. 18.* *1. Cor. 15.* *Apoc. 14.*

ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream & in manu ſua falcem acutam. Vbi ſignificatur per coronam, in bonis remunerandis munificentia, in falce acuta, in malis puniẽdis iuſtitia: veniet autem cum virgine matre, & cum omnibus ſanctis, quia habetur Zacha. 14. veniet Dominus meus cum omnibus ſanctis ſuis, & Dominus veniet ad iudicium cum ſenibus populi ſui & cum principibus eius: hîc quærit di. Bern. Quis ruſticus ſi fortè nobilis aut præpotens quiſpiam apud eum hoſpitari voluerit, non cedat illi potiorẽ locum? Eſt ergo expectandus cum honore & timore Chriſtus iudex: *cuius faciem præoccupare debemus in confeßione* laudando eum & gemendo peccata, quod ſi, dum licet nobis, præſtiterimus miſericordiæ & dulcedinis plenam audiemus vocem Chriſti: qui de tribulationibus vitæ huius, nos vocabit ad gloriam, quam nobis concedat qui ſine fine viuit & regnat Pater, filius & ſpiritusſanctus, Amen.

Eſ. 1.
Serm. 6. de aduentu.

DOMINICA TERTIA aduentus. Homilia.

Matt. 11. *Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi, tu es qui venturus es, an alium expectamus? & reſpondens Ieſus ait illis, Ite & dicite Ioãni, Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua quàm diues torquens labia ſua & inſipiens. Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum, & qui feſtinus eſt pedibus offendet.*

Prou. 19.

PAuper hîc dicitur ex Cartuſiano, idiota & modicè eruditus, viuens ſecundum ea quæ nouit eſſe agenda & vitanda: diues, ingenioſus & plurimùm eruditus contorquens labia ſua ad loquendum quædam præſumptuoſa & hæretica: ſequitur in eodem contextu. *Non decent ſtultum delitiæ, nec ſeruum dominari principibus.* Non decẽt hæreticum delitiæ ſcripturarum, quia ijs bene vti non nouit, neque illum qui adhuc ſeruus peccati eſſe comprobatur, dominari iuſtis, iiſque præferri in regimine eccleſiæ (ait D. Hiero.) expo-

nens ſuperiora verba. Non enim mundanus aut hæreticus Idoneus eſt ad intelligenda opera Domini:cùm(vt ait D.Hier.)ad hæc verba dauidis, *venite & videte opera Domini* mundus, *In.Pſa.* 45
in quo & hæretici & delitioſi viuunt, plenus ſit ęrumnis ac preſſuris: videmus enim in eo (inquit)alia eſſe adiutoria regum, virtutes potentium, refugia ciuitatum: Chriſtianorum autem munitio Chriſtus eſt qui eos potenter *Ho.*23. *ex variis in Matt.locis.*
ab his malis eripit: Ratio eſt ex D.Chriſoſt. in hæc verba ex Matt. 21.quę habentur de Chriſto, *ſedens ſuper Aſinam*: quia ſicut Aſinus ſi quid errat,in ſimplicitate errat & non in aſperitate, ita & homines qui crediderunt in Chriſtum ſiue ex Iudæis ſiue ex gentibus,non in malitia ſed in ignorantia peccauerunt, & ita in aſina populus ſimplex intelligitur: hominis enim verè Chriſtiani mens vt ait Macarius, non aliter ſe habet quàm pueri annos *Ho.*15.
tres nati quæ non poteſt pertingere aut aſſequi perfectum oratoris animum, quia multũ temporis interfluxit: Sic enim Chriſtiani non aliter quàm puſilli infantes mundum comprehendunt ſpectantes gradum gratiæ, & peregrini in hoc ſeculo, & ciuitas eorum, requies alia eſt habentque conſolationem ſpiritus,lachrymas,luctum&planctum,ſuntque illis lachrymæ, delitiarum loco: ac per hoc idonei fiũt qui videant opera Domini,id eſt ea fide teneant, pluſque ac meliùs de Deo ſentiant ſic,quàm qui rationibus vel ſenſu Deum

inueſtigare non erubeſcũt,in cuius luce excellenti humanę mentis acies inualida nõ figitur
l.1. de trinit. cap. 2. niſi priùs per iuſtitiã fidei nutrita vegetetur, vt ait D.Aug.Ideo(vt ait Flaminius) explicãs aſſũpta Pſ.45.verba. hoc bono fruũtur ex omnibus ſoli pij etiã cũ omni ſcelere ac crudelitate vexantur ab impiis,nihilque eos in hac ſimplicitate mẽtis degentes ab huius boni poſſeſſione deiicit cùm de Deo humiliter ſentiũt, id eſt abiiciẽdo põpas ſeculares ac mundanas,vanã gloriã,&cũ recta attẽtione:ſiquidẽ cũ nihil ſit Deo ſublimius, & in eius cõprehẽſione ſeu cognitione cæcutiat homo ſicut caligant noctuarũ oculi in diurno lumine ſolis, tantũ per humilitatem ad Dei cognitionem deducitur, hinc docemur hodierno Euangelio.

qualiter de Deo ſentiendum
qui à paucis cognoſcitur
propter multiplices hominum infirmitates,

Primũ ergo,de Chriſto prędixerat Ioa.Bap.
Marci 6. *Illum oportet creſcere me verò minui*,quod factũ eſt cũ Ioãnes increpãs Herodẽ propter Herodiadẽ vxorẽ fratris quã ſibi aſſumpſerat in vxorẽ, incarceratus eſt,tunc enim & Chriſtus prædicabat atque ad eũ concurrebat populus eius, miraculis,& doctrinæ ſanctitate illectus, Ioãnẽ vero incarceratũ & non amplius in multitudinis oculos prodeuntem deflebant ſui diſcipuli, qui dum ei gloriã deſiderabant humanam,in fide Chriſto habẽda circa tria deficie-

bant: dicentes enim magiſtro ſuo Ioanni, *Rabbi qui tecũ erat trans Iordanẽ cui teſtimonium perhibuiſti baptiẓat, & omnes veniunt ad eũ*, Chriſto inuidebant: tunc enim aquã in vinum conuerterat in nuptiis & diſcipulos habebat, & prædicabat. Secundò, quòd debuiſſent fateri de Chriſto, deferebãt Ioa. vt ipſe exprobrauit eis dicẽs, *Dixi vobis quia non ſum ego Chriſtus, ipſi vos mihi teſtimoniũ perhibetis, illũ oportet creſcere me verò minui.* Tertiò ſe incredulos demõſtrabãt, ſe ſociãtes Phariſeis cõtra Chriſtũ, dicẽtes, *quare nos & Phariſei ieiunamus frequẽter, & tui diſcipuli non ieiunant?* quod certè eorũ culpę non autẽ defectui doctrinę Ioãnis tribuendũ eſt: Tria enim de Chriſto faſſus erat Ioãnes, deitatẽ eius, in his verbis, *Ego debeo baptiẓari à te et tu venis ad me*, & Marci 1. ac Lucę 3. *veniet poſt me qui baptiẓabit in ſpiritu ſancto*, & Ioann. 1. *Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi*: Secundò faſſus erat hominẽ, dicens, *Qui poſt me venturus eſt maior me eſt*: Tertiò humanitatis à Chriſto ſuſceptæ vtilitatẽ dicens: *Ego vidi & teſtimoniũ perhibui quia hic filius Dei eſt.* Quod ergo quærit per diſcipulos, *Tu es qui venturus es*, non dubitantis eſt in fide, quippe qui agnum demonſtrauit, ſed pietate dubitantis in eius futura morte (aiunt D. Greg. pa. & Am.) quærit enim de eius deſcẽſu ad inferos ex Greg pa. Hie. & Euſ. emiſſ. quaſi quærat, tu es qui vẽtur⁹ es ad infernũ? quod ſi tacitus quæſiit, ait gloſa, eò retulit, vt cũ ſpiritu ꝓphetico ſciret ſe priorẽ migraturũ ex hac

Ioan. 3.

Ib.

Ioan. 1.

Ho. 6. in Euan. l. 5. in Luc.

vita, iuſtis in expectatione Chriſti manẽtibus, ex vicino eius ad inferos deſcenſu conſolationem afferret, quam tamen Chriſti ad inferos
Can. 11. in Matth. in principio. deſcenſus præcognitionem Ioanni incarcerato negat defuiſſe D. Hyllarius: ideo dicunt D. Hieron. & Chriſoſt. D. Ioannem occaſionaliter tantùm id quæſiiſſe quippe non ad ſuam (cùm prophetico ſpiritu abundaret) ſed ad diſcipulorum inſtructionem, ſicut non ignarus
Ioan. 11. quæſiit de Lazaro Chriſtus, *vbi poſuiſtis eum?* Hac enim interrogatione, non ſuæ quæ nulla erat, ſed ſuorum Apoſtolorum ac diſcipulorum conſulebat ignorãtiæ. De Chriſto fidem non habentes diſcipuli Ioannis, & ei debitam gloriam ſuo magiſtro impenſiſsimè procurãtes, referre videntur hæreticos, à quibus in vno gradu videntur differre, quòd illi ſuo Domino, hi verò nõ ſuis Dominis ſed ſibimetipſis gloriam mundanam, diuitias, & pompas procurãt, ac quãtuncunque admoniti nihilo emendatiores fiũt, ſed in errore indureſcunt, quod de diſcipulis Ioannis, quia tandem crediderũt in Chriſtum, nequaquam dici poteſt. quia ergo diſcipuli Ioannis in eo errore inuoluti erant de Chriſto, vt eum frequenti applauſu populi exultare exiſtimarent, maximè incarcerato Ioanne, cui tũc in publicum prodire non licebat vt auram popularem captaret, idcirco eis non apertè reſpondet Chriſtus, ſed eos ad opera ſua remittit, vt ex illis, ſuę diuinitatis & poteſtatis teſtimonia petãt, dicẽs,

opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me: his Ioan. 5.
enim reſiſtebãt Phariſei, & Ioãnis diſcipuli fidẽ illis non adhibẽtes, ideoque non ſtatuẽtes obedire Chriſto. Cuius enim vita & opera deſpiciuntur quomodo ei obſequium præſtari poteſt? ac denegare Chriſto obedientiã, inſignis eſt hęretici animi nota: ex eo enim Iamnẽ & Mambrem magos Pharaonis corruptos mente & circa fidẽ reprobos diiudicauit Paulus *quòd Moſi reſtiterunt, & proinde veritati.* So- 1. Tim. 3.
lẽt enim veri Catholici *obedire præpoſitis & ſubiacere illis*. Ac Romanorũ obedientiam in om- Heb. 13.
nem locum diuulgatã ait D. Paulus Rom. 16. & de iiſdem ait Ignatius, animam meã pro illis Epiſt. 8.
ponerem qui ſubditi ſunt Epiſcopo, presbyterorũ collegio, & Diaconis, nos ergo ad quos fidei Chriſtianæ innumera prope teſtimonia peruenerunt, non hæſitemus in fide de Chriſto cum hæretico, cum Ioannis diſcipulis põpam ſecularem ſuo magiſtro procurantibus: ſed quem Ioan. teſtimonio declaratum filium Dei agnoſcimus, eundẽ vt redemptorem noſtrum reuereamur, ac vt iudicem venturũ ſuſpiciamus: opera autẽ ex quibus ſe agnoſcendum relinquit, hæc ſunt *Sanantur cæci.* ſunt autẽ cæci qui ſequuntur naturã ducem ſecundũ quã intellectus humanus in iis quæ Dei ſunt cæcutire ſolet, cum intellectus creati ideóque finiti ad Deum increatum & infinitũ nulla ſit proportio, & (vt ait Paulus) *inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellectu conſpiciantur, ſempiterna* Rom. 1.

quoque eius virtus ac diuinitas. Eſt autem quædã cæcitas mentis quæ hanc ignoratione͂ ſequitur nempe tarditas cuiuſque ad propriũ defectũ conſiderandũ, de qua dictum eſt, *dicis quia*
Apoc. 3. *diues ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis*
l. 9. confeſſ. *quia miſer es et miſerabilis, pauper nudus, & cæcus* & D. Aug. de ſe ait, fui miſer pauper, & cæcus,
„ aduerſus literas Dei mei militãs, væ, væ prætе-
„ ritæ ignorantiæ in qua nõ cognoſcebã te Do-
„ mine: vę cæcis oculis qui te æternũ lume͂ non
„ vide͂t, de tenebris ad tenebras vadũt, & neſciũt vbi corruũt, vbi ſe exiſtimant ſtare ibi cadunt.
l. 17. Mor. cap. 17. Et D. Gre. pa. Omnis vir iuſtus, Dei illuminatione iuſtus eſt, & paulo poſt: gratia ſuperni reſpectus illuminat cuncta, vt qui heri ſe nõ cognouit, hodie per lume͂ gratiæ ſe cognoſcat et doleat: & Ioan. 1. *Deus illuminat omne͂ hominem venie͂te͂ in hũç mundũ*: ad ſupernã igitur gratiam petendã ſe conuertat quiſquis ex hac cæcitate periculoſiſſima reſilire volet, à qua cõualeſcere tanto difficilius eſt quanto in anima humana firmiores radices agere permiſſa fuerit, atque
l. 7. de prou. & iudicio Dei. hoc eſt quod ait Saluianus Maſſilie͂ſis: Curare nos vult caſtigationibus ſuis Deus, ſed curam non ſequũtur remedia. Quid hoc mali eſt. Iume͂ta ac pecudes ſectione curãtur, & putrefacta mulorũ ac aſinorũ, & porcorũ viſcera cũ aduſta cauteriis fuerint, munus medicę aduſtionis agnoſcunt, ſtatimque vbi cremata aut deſecta fuerit vitiatorũ corporũ labes, in locũ demortuæ carnis viua ſuccedit: Nos & vrimur & ſe-

camur, ſed nec ferri ſectione, nec cauteriorum aduſtione ſanamur, imò quod eſt grauius, cura ipſa deteriores ſumus. Nec certè adeò obdu ratis cõſciẽtiis temere imprecatur Guerricus abbas, dicẽs, væ illis qui rebelles ſunt lumini, id eſt ſpiritui ſãcto nec acquieſcũt veritati quã intelligũt, ſicut enim lutũ ex calore ſolis ita ipſi ex bonitate Dei duriores fiũt: ideo de eiuſmodi ſcriptũ eſt, *qui ſordidus eſt ſordeſcat adhuc*, & Eſa. 6. *vidẽtes non videant & audientes non intelligãt* & ib. 5. c. *Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis & quaſi vinculũ plauſtri peccatum, qui dicitis, feſtinet & veniat cito opus eius, & videamus, et appropiet & veniat cito conſilium ſancti Iſrael, et ſciemus illud: væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris & corã vobiſmetipſis prudentes.* Secundũ miraculũ à quo vult Chriſtuſ peti teſtimonium virtutis ſuæ, eſt claudorũ ſanatio: Sicut enim corpus pedibꝰ graditur, ita anima affectibus, ſed prius implorata Dei gratia, *quia non eſt volẽtis neque currẽtis ſed Dei miſerẽtis*, quod enim cõfert terræ ad fertilitatẽ ſuã pluuia, hoc ipſũ ad bona opera edẽda homini cõfert dei gratia, vnde Paulus *non quod volo bonũ hoc ago, ſed quod odi malũ hoc facio*: ad veritatẽ autẽ ſenſus literalis pertinet hoc Eſ. 35. tũc ſaliet ſicut ceruus claudus: Tertiũ ſignum eſt, leproſi mundantur: dicuntur autem leproſi, *qui abhominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis*, quippe viuentes cum inordinata carnis concupiſcentia, veréque in ſe adimplentes hoc quod habetur

Apoc. 22.

Rom. 9.

Rom. 7.

Pſal. 52.

l.3. *apoſtol. hyſt.* Gen.8. cap. *ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia*, quod expertū legimus apud AbdiamBabylonicum in fornicatore iam ſene, qui cùm ſe quantuncunque contra carnem renitendo à fornicatione cohibere non poſſet, rogato B. Apoſtolo Andrea vt pro ſe in eum finem apud Deum eſſet interceſſor, id à Deo eius precibus impetrauit:
l.3.c.17. ſic apud Euſeb. in hyſtoria Eccleſiaſtica à latrocinij conſuetudine ſe cohibuit quem inter medios latrones D. Ioan. Euang. eques comprehendit, B. Apoſtolo id pro eo apud Deum aſſiduis precibus poſtulante&D. Aug.
l.9.*conf.* vt ipſe fatetur, ſuæ matris precibus ab errore manicheorum reuocatus, baptiſmū ſuſcepit: tantumque Eccleſiæ Chriſti poſtea conſuluit, quantum eidem detrahere nitebatur: ac ſicut
Matth. 8. à ſolo Deo leproſos ſanari legimus, omnéſque quotquot ſanandorum leproſorum poteſtatem habuerunt, eam à Deo accepiſſe, vt Moyſem, Heliſeum, & cōplures ex noſtra lege Euāgelica, ita curatio animæ leproſæ id eſt peccatorū pondere grauatę, & poteſtati Diaboli traditę, Deo propria eſt, homo qui in eo operatur miniſteriū tātùm adhibet quippè ſa-
*Sap.*8. cerdos abſoluēs à peccatis: ſic habet ſcriptura, *non poſſum eſſe continens niſi Deus det*: Ratio eſt, ſicut ſunt duo officia medicinæ, alleuiare infirmum, & morbo liberatum in corporis ſanitate conſeruare, ſic gratiæ diuinitus datæ duo debent eſſe effectus, cupiditatem ſiue concupiſcen-

piſcentiam auferre, id eſt refrænare ac comprimere, & in bono perſeuerandi virtutem conferre, ac vim deinceps tentationibus reſiſtendi, quæ cùm à gratiæ elaborata conſeruatione emanat, tum & ſtudioſarum actionũ iteratione frequenti. Quartum miraculum eſt, ſurdorum curatio, literaliter & ſpiritualiter à Chriſto adimpleta: ſurditate ſpirituali nunc laborant multi à qua qui conualeſcunt, opus miſericordiæ diuinæ in ſe ſentiunt, veréque Deo beati dicuntur his Chriſti verbis: *beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud*, quibus verbis ſine dubio auris & corporis & ſpiritus intelligitur: Nam vtriuſque verè in ſcriptura fieri mentionem, docemur ex his ſcripturæ locis, *Qui ex Deo eſt verbũ Dei audit*, & *audiam quid loquatur in me Dominus*: Vnde D. Greg. Deus non ſolùm requirit aures corporis ſed & mentis ſic & Apocal. 2. & 3. *qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis*: veréque ſignum prioris aduentus Chriſti hoc prædictum eſt, *audient in illa die ſurdi verba libri huius*, & Dauid de pop. Dei ſpiritu prophetico ait. *In auditu auris obediuit mihi*. Signum verò Antichriſti oppoſitum eſt, tarditas ſcilicet populi ad audiendum verbum Dei. Quintum teſtimonium virtutis & doctrinæ Chriſti eſt, mortuorum reſurrectio. Tribus autem præſertim modis mori intelliguntur homines. Primò quidem cùm per peccatum ſeparantur à Deo, tẽporaliter primũ in actu peccati, & in

Luc. 8.
Ioan. 8.
Pſal. 84.
Ho. 1. *ſuper Ezechielem*
Iſa 29.
Pſal. 17.

ęternũ, in eiuſdem pœna, cũ peccatorẽ in pec-
Ezec. 8. cato ſuo mori cõtigerit, ac de vtraque ait De⁹ per prophetam: *anima quæ peccauerit, ipſa morietur*: Secundò, ſola vacatione ſiue ceſſatione ab
Iac. 2. operibus bonis etiam non deficiẽte fide, quia *fides ſine operibus mortua eſt.* Tertiò deficiendo ab actiua & cõtẽplatiua & ſupra modum in-
Ho. 14. ſuper Ezech. tendendo iis quæ ſunt mundi, dicẽte D. Gre.
« ſicut bonus ordo viuendi eſt ſi ab actiua vita
« in contemplatiuam tendatur, ita plerumque
« vtiliter animus à contemplatiua in actiuam
« reflectitur: ſine contemplatiua enim vita poſ-
« ſunt ad cœleſtem patriam intrare qui bona
« quæ poſſunt operari non negligunt, ſine actiua verò non poſſunt qui negligunt operari bona quæ poſſunt: Ita, vna in neceſſitate eſt, altera in voluntate vna in ſeruitute, altera verò in libertate. Vnde dicitur Maria optimam partem elegiſſe. His tribus modis aut eorum aliquo ſi quis non deficiat non eſt cenſendus mortuus Deo, quamuis mundo ridiculus cenſeatur. Sextum ſignum, eſt, *pauperes Euangelizantur*: intelliguntur autem pauperes ſpiritu id eſt humiles, & pauperes opibus, qui paupertatis onus patienter ſuſtinent, non excludendo tamen diuites vt nobiles principes & quoſcunque alios bonis terrenis affluentes, quibus & bona ad ſalutem ſunt remedia dum iis bene vtuntur & perinde ſunt ac ſi ea non haberent, ita vt (iuxta D. Pauli conſi-
1. Cor. 7. lium) *ſint habentes tanquam non habentes.* His ſex operibus Chriſti ſpiritu aliter ſump-

tis, attendamus quàm procul ab eo nunc diſtemus & principi mundi Diabolo propinquiores ſimus cùm his operibus contraria quotidie à compluribus, atque adeo prope omnibus, fieri nemo non facilè fateatur. Si enim non temere dixit D. Paulus Antichriſtum ſua ætate *iniquitatis operari myſterium*, quod(vt interpretatur Theophilactus de Nerone perſequente Eccleſiam intelligebat, 2.Teſſ.2.
cùm nunc & ſuis animabus & proximorum, per hæreſim & omnem nequitiam apertè inſidientur omnis ordinis homines. An non Antichriſtus magis quàm vnquam antehac operari dicendus eſt iniquitatis myſterium? Atque hæc ſunt teſtimonia virtutis Chriſti, quibus poſitis quo animo eos miſerit Ioannes explicat Chriſtus, dicens, *Beatus qui in me ſcandaliʒatus non fuerit*, qua in ſententia myſticum aliquid latet ſicut & in duobus diſcipulis Ioannis: in quibus (ex D. Ambro.) intelliguntur duo populi, gentilis ſcilicet & Iudaicus, qui audita fama vel cognitis operibus Chriſti, dum eum patientem viſuri eſſent, præmonebantur ne in eo patiente ſcandalizarentur, non enim in eo illos ſcandalizari oportebat quod fieri expediebat: Vnde dixit Paulus: *Prædicamus Chriſtum Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum gentibus autē ſtultitiam*: 1.Cor.1.
Tantùm enim abfuit paſſo Chriſto vt patientibus in tempore perſecutionis ſanctis hominibus qui eos audierant & viderant

in eorũ malis &afflictionibus ſcãdalizarẽtur,
l.7.c.10. cùm potius per ea profecerint: ſic apud Euſeb. in perſecutione Valeriani, multi per martyrũ
l.5.ca.38. cõſtantiam ab idolis reuocati leguntur. Apud Theodoritum enim ratio redditur cur perſecutionibus eccleſia creſcat, ídque comparatione à bello & pace, quorum illud plus commodi affert quia animos acuit, & res præſentis vitę tanquam fluxas contemnere facit, hæc verò nos molles, moroſos, & timidos reddit, ſic tempore perſecutionis probantur generoſorum ac nõ diſsimulatorum Chriſtianorum
1.Cor.11. animi atque (vt ait Paulus) *oportet hæreſes eſſe vt*
l.5.c.4. *qui probati ſunt manifeſti fiant*. Apud Sozo. ſcribitur Iulianũ imperatorem cum videret martyrio accreſcere numerum fidelium in militãte eccleſia, à perſecutione Chriſtianorum quã inchoarat, deſtitiſſe: nec mirum, cùm ſententia
Tom.3. D.Aug. (quæ eſt numero 158.) hoc habeat: Inimici eccleſiæ quolibet modo errare cen-
» ſeantur vel malitia deprauentur, ſi accipiant
» corporaliter poteſtatem affligendi, exercent
» eius patientiam: ſi tantummodo malè ſen-
» tiendo aduerſentur, exercent eius ſapientiam,
» &, vt etiam inimici diligantur, exercent eius
» beneuolẽtiam, quia deus iis qui eum diligunt omnia cooperatur in bonum. Aduertendum autem in dubitatione, & tarditate diſcipulorum Ioannis eos indignos ſe præbuiſſe qui ex ore Chriſti laudem Domini audirent, cùm illis abeuntibus de eo loqui cœperit Chriſtus:

quod etiam D. Chriſoſt. eum feciſſe ait, ne ho- *Ho. 38. in*
mini adulari videretur. Porrò ad laudem D. *Matth.*
Ioan. Baptiſt. hæc pertinent ex teſtimonio
Chriſti, quod non moueatur in mente: ſed an-
núnciet peccata conſtanter vſque ad incarce-
rationem & mortem: vnde à Chriſto Domi-
no negatur ſimilis eſſe *arundini vento agitatæ*,
neque enim timore nec amore à veritate deii-
ci potuit: commendatur item à veſtitu, quòd
mollibus non veſtiatur, quia, vt ait D. Grego. *Ho. 6. in*
vitam peccantium non blandimentis fouit, *Euang.*
ſed rigore aſperæ inuectionis increpauit di-
cens, *genimina viperarum quis docebit vos fugere à* *Luc. 3.*
ventura ira? veſtium enim curioſitas plane a-
liena eſt à veritatis amatore: vnde 4. Reg. 1. cũ
Ochozias intellexit prophetam illum per quẽ
remiſsi ad eum fuerant ſui legati, cinctum eſſe
zona pellicea, ſtatim intulit, Helias Thesbites
eſt, quaſi innuens habitus rigorem zelo præ-
dicationis quo abundabat Helias optimè cõ-
uenire, ſicque qui Chriſti Domini laudi detra-
hi per diſcipulos ſuos non permiſit, is laudem
ab ipſo Chriſto pręſentib⁹ multis, recipit: pro-
phetis cõparatus iiſque ipſius Chriſti teſtimo-
nio præpoſitus: ſecúdũ id quod vt ait D. Chri- *Ib.*
ſoſt. proximus fuit Chriſto: alij enim pro-
phetæ miſsi erant vt Chriſti aduentum annũ-
ciarent hic verò vt ei viam præparet, quod & *Malach. 3.*
ipſe Chriſtus de eo docet teſtimonio prophe- *cap.*
tico qui inſtar D. Ioannis Bapt. humiliter de
ſe ſenſerint: Deo detrahi non permiſerint, ſed

eius gloriam pro viribus promulgarint proximorum ædificationi & ſaluti conſulentes, ac viam Chriſto Domino ad iudicandum venturo præpararint ſicut Ioannes adhuc mundũ redempturo: beneficia interim quę primo ſuo aduentu nobis contulit memoria repetentes, fœliciter cum Ioan. ex hac vita migrabunt in Dei gratia &ad perpetuam vitam cum eodem peruenient quam nobis tribuere dignetur altiſſimus. Amen,

DOMINICA QVARTA aduentus. Homilia.

Ioan. 1. *Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Ioannem vt interrogarent eum, Tu quis es? & confeſſus eſt & non negauit, & confeſſus eſt quia non ſum ego Chriſtus.*

Prou. 17. M*Alus obedit linguæ iniquæ*, & ideo conſulit nobis Iacobus non reſiſtere veritati: his verbis: *Nolite*
Iac. 1. *gloriari & aduerſus veritatem eſſe mendaces*, ait autem in vita hominis ſequi Chriſtum ſumma veritas, tollere etiam crucem, & omnia ſuſtinere pro Chriſto.
l. 7. ſtroma. ſed in hoc (ex Clemente Alexandrino) ſumma eſt adhibenda diligentia: vt enim ſi ſimul incidant (inquit) multæ viæ ducentes in præ-

cipitium, aliquæ ducentes ad fluuium rapidè fluentem, aut ad mare profundum, & cum iis ſit via regia, non dubitauerit viator viam ingredi propter diſſenſionem, ſed ſequetur viam regiam tritam, & non ducentem in periculum, ita cùm alij alia dicant de veritate, non eſt ab ea diſcedendum ſed eſt exactius & diligentiùs inquirenda eius exactiſſima cognitio. Olim enim (vt ait Origenes) cũ græci & barbari profiterentur à ſe diſci poſſe veritatem, cùm credimus Dei filium eſſe Chriſtum, & ab ipſo nobis diſcendam eſſe veritatem, deſueuimus eam à græcis & barbaris inquirere: Ita cùm multi ſint qui putent ſe ſentire quæ Chriſti ſunt & nonnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant, ſeruetur verò Eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſsionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad præſens in Eccleſiis permanens, illa ſola credenda eſt veritas quæ in nullo ab Eccleſiaſtica traditione diſcordat, quam is ſeruabit qui in Chriſtum ſic credet vt ſola eius lege veritatem contineri exiſtimet atque adeo tanquam certiſſimum ſibi perſuadeat: atque in ea fide tribulationibus ſeculi quas patienter ſuſtinebat ſic gaudeat vt in iis ſe cum Chriſto ad gloriam intraturum credat: Eſt enim hęc Euangelica veritas. Hinc in typo futurorum in Chriſti Eccleſia martyrũ dicebat Dauid. *Propter te mortificamur tota die, & æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Tria enim ſunt hoſtium genera

Procœmio in periarchon.

Pſal. 43.

qui(ex Arnobio in eundem Pſalmum) Chriſtiano inſurgunt: vnum genus, Diaboli & dæmonum eius: aliud perſecutorum: tertium quod commune eſt omnibus, barbaricæ feritatis: ſed tota tria non arcu noſtro, nec brachio noſtro ſuperantur, ſed dextera Dei, & brachio Dei, & illuminatione vultus eius, de quo patres noſtri narrauerunt nobis, quomodo manus eius eiecit gentes & plantauit eas. Nobis enim præliandum eſt aduerſus eũ ſpiritum qui ſeduxit omnes prophetas à quibus conſilium petebat Achab de præliando contra Ramoth galaad, quippe eo iam capturo conſilium, dicebat de ſe, *ero ſpiritus mendax in*
3.Reg. 22. *ore prophetarum omnium*. Hoc ſpiritu qui aguntur, plerumque vel ita capti conſpiciuntur mentis cæcitate, vt belluinam ignorantiam præ ſe ferant: vel ſic ſuperbia intumeſcunt, vt nihil ne deum quidem ipſum rerum conditorem ſibi præferendum putent; à quorum turpi errore cauere docemur hodierno Euangelio, conſtanter manendo in fide Chriſti, quem de gloria cœleſti prædicare incipientem omni humilitate excepit Ioannes nos docens ſuo exemplo.

{ quantum virtuti iuſti inuideatur ex obſeruatione ſingulorum eius actuum
{ cum inuidentium tamen confuſione id fieri.

Primùm ergo huius hiſtoriæ occaſio fuit ex

eo quod Iudęi Chriſtum miraculis & doctrina fulgentem, & quotidie hiſce duobus modis plebem Iudaicam in ſummam ſui admirationem rapientem deprimere intendentes, ipſi Ioan. præferre nitebātur, ad quem ideo miſerunt, eum ſeducere tentātes: quod præſtant duobus modis: aſſentatione videlicet & contumeliis: ad priorem pertinent tres circunſtantiæ in quibus eum præferunt Chriſto, quę ſunt, nobilitas generis, parcꝰ victus, & cōmorationis locus. Ad primum pertinēt quatuor in quibus exiſtit cōmendatio nobilitatis Ioānis, nempe nobiles ſunt qui ad eum mittunt, Iudæi ſcilicet, quia prima & potiſſima fuit Tribus Iuda in Iſrael, vt cui promiſſus eſt Dei filius ex ea carnem aſſumpturus, cuius rei & ſignum accepit ipſa, vtpote *non auferendum de ea ſceptrum donec veniret qui mittēdus eſſet*: Mittunt ab Hieroſolymis ciuitate ſacerdotali & regia, quæ erat caput regni: qui mittuntur ſunt ſacerdotes & Leuitæ qui ſcientia & ſanctitate vitæ præcellebant: ab eo autem exigunt teſtimonium de ſeipſo, quod indecorum eſt planè cùm ſcriptura dicat, *laudet te proximus tuus et non labia tua*, tantum enim (vt ait Chriſo.) deferebant Ioanni vt ei de ſeipſo dicenti crederent: mittebant autem ex D. Aug. moti excellentia authoritatis eius quia auſus fuerat baptizare: ſed huic tentationi nō ita cedit Ioannes, diſcernebat enim (vt ait Orig) ex quæſtione ſacerdotū & Leuitarū dubitationē, ne forte

Gen. 49.

Eccl. 7.
Ho. 15. in Io. tract. 4. in Io. in 1. c. Ioan.

Chriſtus eſſet Baptizans, apertius tamen illi id profiteri canebant ne temerarij putarentur. Quapropter merito vt eorum opinio fallax de eo primitus aboleretur, ac ſubinde veritas pro palaretur, quod non ſit Chriſtus, ante omnia, id manifeſtat non reſpondens ad eorum mentem in qua poteſtate Baptizet. adde quod tūc ex ſacris ſcripturis colligebant Iudæi diu antea ſperatum aduentus meſſiæ tempus adeſſe,
» inde enim Theodas non modicam multitudi-
» nem quaſi Chriſtus congregauit, & poſt illum
» Iudas Galilæus: vnde cùm aduentus Chriſti feruentius expectaretur, Iudæi tranſmittūt ad Ioannem ſubdubitantes, honorē tamen Chriſto debitum, denegantes ipſi Chriſto quē ſecū conuerſantem videbant, & de regno Dei col-
Vbi ſupra. loquentem quotidie audiebāt, & iuxta hoc ait
» D. Chriſoſt. paſſi erāt Iudæi quandam huma-
» nam paſſionem ad Ioannem, indignum enim
» exiſtimabāt ſubiici eum Chriſto, propter multa quæ Ioannis claritatem demonſtrabant: quorū primum erat, genus illuſtre, principis enim ſacerdotum filius erat, deinde dura educatio, humanorum deſpectio. In Chriſto autē contrarium videbatur, genus humile quod ei exprobrabant dicentes nonne hic eſt fabri filius? diæta communis & veſtimenta nihil plus multis habentia. Quia igitur Ioannes cōtinuè ad Chriſtum mittebat volentes magis Ioannem habere magiſtrum, mittunt ad eum opinantes per blāditias allicere eū ad confitendū

ſe Chriſtũ eſſe:itaque nõ mittũt homines cõ- «
tẽptibiles vt ad Chriſtũ,miniſtros & herodia- «
nos,ſed ſacerdotes & leuitas: nõ quoſcunque «
ſed eos qui erant ex Hieroſolymis,hoc eſt ho- «
norabiliores,non quaſi ignorãtes quis ſit, ſed «
eũ ſeducere tẽtantes, vnde non ad quæſtionẽ, «
ſed ad mentẽ eorũ reſpondet: vide autem quã
prudenter ſe habeat in hac vanæ gloriæ tentatione, ſciẽs enim quod principibus placuiſſe viris nõ vltima laus eſt,quod vidit fieri per Iudæos,idipſum in eorũ confuſionẽ retorquet: mittit enim ipſe diſcipulos ſuos ad Chriſtũ,vt diſcãt verè ſentire de Chriſto, ſibi autem nihil ttibuere eorũ quæ Chriſto debentur,dicẽs per eos,tu es qui vẽturus es? ex Ioa.autẽ dura educatione quæ eſt in victu & veſtitu,diſcãt hæretici monaſticę vitæ antiquitatẽ, eámque maledictis ac cõuitiis laceſſere deſinant.non imponat nobis Eraſmus,primitus veſtitum monachorũ fuiſſe ſimplicẽ & non præſcriptũ ſed ſuo cuiuſque arbitrio ſumptũ,non qui prodigioſa nouitate faceret inſignẽ & digito notãdũ,hæc enim ſunt ipſius Eraſmi aduerſus monachorum habitũ verba: Cũ vero dicat ſe legiſſe in hyllarionis vita apud D.Hier.& in eius Epiſtola ad Ruſticũ monachũ de recta viuẽdi forma,ex iis ipſis locis cõuincetur. Hæc enim habet D.Hie.in vita Hyllarionis:ſtatim vt vidit hyllarion D. Ant. mutatũ habitũ priſtinũ diuẽditis omnibus,& pauperib' diſperſis ſacco tantũ membra operiẽs & pelliceam habẽs epeuditẽ, id eſt veſtẽ exteriorẽ quã illi beatus

In vita B. Hieronymi.

Anton.ad ſe proficiſcenti dederat,&aliquando poſt ſuper nudá humum ſtratúmque iunceum vſque ad mortẽ cubitauit: ſaccum quo ſemel fuerat indutus nunquam lauans, & ſuperfluum eſſe diſcernens in Cilicio munditias
„ quærere, & in Epiſtola ad Ruſticum ait idem.
„ Tu verò ſi Monachus eſſe vis,non videri,ſor-
„ didæ veſtes candidæ mentis indicia ſint, vilis
„ tunica contemptum ſeculi probet, ita dun-
„ taxat,ne animus tumeat, ne habitus ſermoque
„ diſſentiant,veſtis aſpera,Zona pellicea,omnia virtuti & continentiæ præparata: & in Epiſtola ad Paulinum: Tu verò, inquit, audita ſẽtẽtia Chriſti *ſi vis perfectus eſſe,&c.* tunicam mutes cum animo,& paulo poſt: non eſt grãde tibi triſti & lucida facie vel ſimulare vel oſtentare ieiunia,poſſeſsionum reditibus abundare,vile portare palliolum, & poſt humilitatem veſtium tumẽti animo non appetas quicquam:ſecularium & maxime potentium conſortium deuita: quid tibi neceſſe eſt videre ea crebrius,quorum cauſa monachus eſſe cœpiſti?Sed obiectionem eraſmi dices ſumi ex verbis D.Hiero.ad Euſtochium, non ſit habitus notabilis:per notabilitatẽ intelligit D.Hiero. notabilem in ueſtibus exceſſum. Vt habetur
Cap.Ne in agro. in Clement. de ſtatu Monachorũ, atque hoc eſt quod ait D.Ambr.ad Valentinianum,mo-
Epiſtol.31. nachi veſtium fugiant curioſitatem: ea enim
Serm. 28. ad fratres. ſemota, D. Aug. de monialibus ait,diſtribuatur vnicuique à præpoſito victus & tegumen-

tum: quàm ſit autẽ vtilis monachi habitus diſcat & eius cõtemptor, ex hoc Greg. ma. li. 40. Homil. Iſte habitus monachalis (inquit) quaſi crucis referens figuram dæmonibus, vt crux Chriſti eſt terribilis: vnde D. Hiero. vis dona cognoſcere, veſtimenta diui Pauli terrori dæmonibus exiſtunt, & paulo poſt, obſecro, quicunque hæc legis vt Hieronimi peccatoris memineris, cui ſi dominus optionẽ daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis ſuis quàm regum purpuras cum pœnis ſuis: Marc. 6. c. fimbria Chriſti ſanat infirmos: ſi dicas non eſt eadem virtus ſerui quæ Domini, retorquebo, quid ſanctitatis fuit in pallio Heliæ cuius altero ictu Iordanis fluuius retroceſsit? atq; ea de cauſa benedici ſolent monachorum veſtimẽta, vt notant B. Anſelmus Epiſt. 99. & venerabilis Beda lib. 3. hyſto. Angl. c. 26. his verbis, quoniã mãdaſti vt vnã cucullam benedictam vobis mitterem, benedixi veſtem qua ego aliquandiu vſus, eam vobis cũ abſolutione quam ego legi trãſmitto. Itaque, nec antiquitati nec duritiei monaſticæ vitæ quiſquã detrahat vt cuius exemplũ à D. Ioanne Bapt. ſumi poſsit vt patuit ex eius commẽdatione, & fama quam per vitæ duritiem eſt adeptus. Sed ad Ioãnis humilitatem redeamus ex Chriſoſt. deuoti eſt famuli non ſolùm non rapere gloriam Domini ſed oblatam à multis reſpuere: turbæ quidem ex ignorantia in eam venerãt ſuſpicionem vt Ioannẽ Chri-

Ho. 17.

Ho. 5. de laude D. Pauli.

4. Reg. 2.

Ad Troarnenſem abbatem.

Ho. 15. in Ioan.

ſtũ exiſtimarent, Iudæi verò ex malitia eum vt ſe Chriſtũ fateretur vrgebant, itaque bis confitetur ſe non eſſe Chriſtũ, in qua bina confeſſione & Ioan. Bapt. virtutem & Iudæorũ malitiã ac amentiam diſcernimus, nec tãtùm vbi agitur de Chriſto, ſed & vbi de Helia & de Prophetię dono quod an habeat etiã interrogatur vanę laudis cupiditatẽ à ſe abiicit, negat enim ſe eſſe Heliã in perſona qui Helias erat in

Ho. 7. in Euang. ſpiritu (ait D. Greg. etſi enim id non ſapiebat quæſtio Iudæorum, eſſetnè idem ſpiritus Prophetię in Helia qui pręceſſerat & in Ioãne qui

In 1. cap. Ioan. tempore Chriſti degebat, vt ait Orig. ſed potius ſi Ioannes eſſet ipſe Helias qui aſſumptus legitur 4. regum 2. tunc autem apparens ſecũdum quod à Iudæis expectabatur. Forſitan enim quoniam prope finem Heliam expectabant ante Chriſtum quaſi tropice ſciſcitari videntur: tûne es qui prænuncias Chriſtum in fine venturum? & cautè reſpondit non ſum, ſed nihil mirabile, cùm & de Chriſto plerique(cũ ſciretur de Maria virgine natus) putarint

Matth. 16. tarint eum eſſe Heliam, alij Hieremiam, alij ipſum Ioan. Baptiſtam, alij vnum ex Prophetis, ſic enim & Ioan. quem ſciebant nonnulli filium eſſe Zachariæ, alij complures potuerũt ſuſpicari eſſe Heliam, aut Prophetã, aut Chriſtũ promiſſum. porrò cũ ſe negat Heliã, perſequũtur rogãtes num ſit Propheta, quod quærũt ſimpliciter (vt obſeruat Orig.) quod Græcè cũ articulo ponitur, Latinè autem vertitur

Propheta es tu? vtpote ille qui Moyſi promiſſus eſt his verbis *Prophetã ſuſcitabo tibi,&c.* obſeruarant enim Iudæi iſtam promiſsionem in nemine eorũ Prophetarum qui pręceſſerant Ioannẽ, adimpletã eſſe: vel vt ait D. Aug. quia maior erat Ioan. quàm Propheta, ſiquidẽ quẽ Prophetæ longè antea prænunciauerant, Ioãnes præſentem demonſtrabat: vnde fit vt Ioãnem cum mãſuetudine falſas de ſe ſuſpiciones deſtruentem & eam quæ eſt vera ponentẽ, vehementiùs interrogent & inſiſtant: itaque ſe *vocem clamantis in deſerto* eſſe ait: ex ipſa enim noſtra locutione ait D. Gregor. cognoſcimus quia prius vox noſtra ſonat vt verbũ noſtrum poſſit audiri: vnde Ioãnes vocẽ ſe aſſerit quia verbũ præcedit, & per eius miniſterium, patrís verbum auditur. Dicit autẽ Ioan. ſe vocẽ eſſe non clamantem in deſerto ſed clamantis, eius ſcilicet qui ſtabat & clamabat *ſi quis ſitit veniat ad me*: Clamat enim, ex Origene, vt diſtantes auditu percipiant & grauem habentes auditũ, ſentiant immenſitatem eorum quæ dicuntur, vel dicitur Chriſti clamantis vox: quia veritatẽ, quæ eſt ipſe Chriſtus, manifeſtè annunciat quã omnes qui in lege erãt, obſcurè loquebãtur, vel deniq; ſecundũ Greg. in deſerto Ioan. clamat, quia quaſi derelictæ ac deſtitutæ Iudeæ ſolatiũ redemptoris annunciat: opus autẽ vocis in deſerto clamãtis eſt, ex Orig. vt anima à Deo deſtituta ad rectã faciendã viã Domini reuocetur, ne quaquã prauitatẽ ſerpẽtini greſſ'

Deut. 18.

Tr. 4. in Ioan.

Ibid.

proſequendo, ſecundum contemplationem quidem ſublimatam in veritate abſque per mixtione mendacij & ſecundum actionem poſt congruam ſpeculationem licitum opus referentē, ſubiicitur enim, *dirigite viam Domini* ſicut dixit Eſaias propheta: via autem Domini, ex D. Greg. ad cor dirigitur, cùm veritatis
Ho.7. ſermo humiliter auditur & cùm ad præceptũ vita præparatur: eum hinc vehementius interrogant, de authoritate in qua baptizat ſiſcitantes, non in ea ipſa miſſione in qua de ſuperioribus ab ipſo quæſitum eſt (ait Orig.) ſed altera: denuo enim miſſum eſt à Phariſeis vt de baptiſmo ab eo quæreretur. Atque hoc eſt
In 1. c. Io. quod dicitur, *et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſeis* non quaſi ſcire volentes, ſed prohibere eũ à baptiſmo, quod enim antea ipſum baptiſmi ſuſcipiendi gratia adibant, non vt credentes id faciebant, ſed ex hypocriſi, quia timebant populum: cauſa autem admirationis ortæ ex baptiſmo Ioannis in ipſo baptiſmo conſiſtit, cuius lotio inaudita antea fuerat, authoritatē autem habebat ex ſolitaria vita quam agebat Ioannes atque ex eius prædicatione & zelo, quod vt intelligatur, ſciendum eſt quadruplicem in ſcriptura obſeruari lotionem, vna eſt ciuilis qualis fuit Suſannæ Dan.13. Altera myſtica, qualis fuit veſtimētorum ſacerdotalium, ſignificans quippè munditiem internam conſcientiis accedentium ad ſacrificia & cæteras
Matt. 23. ſuas functiones neceſſariam: Tertia fuit ſuper
ſtitio-

ſtitioſa, qualis fuit Phariſæorum frequenter manus ſuas lauantium, cũm intus dolo & rapinis ſcaterent, Quarta ſacramentalis vt lotio Baptiſmi qua mundamur intus ab inquinamentis animæ, hanc etiam Phariſæi & ſcribæ adeóque Iudæi adimplebant in ſe cõſentientes Ioanni quia monebat eos vt præpararent vias Domini: ac huius Baptiſmi vim amplius declarat ex comparatione cum Baptiſmo per Chriſtum & poſtea per eius miniſtros conferendum: qua de re ſic D. Grego. Ioannes non
" ſpiritu ſed aqua Baptizabat quia peccata ſol-
" uere non valebat: Baptizatorum corpora per
" aquam lauabat, ſed tamen animas per veniam
non lauabat: hinc quærit D. Gregor. Cur er- *Vbi ſupra.*
" go Baptizat. qui peccata per Baptiſmum non
" relaxat, niſi vt præcurſionis ſuæ ordinẽ ſeruãs
" ſcilicet qui naſciturum naſcendo præuenerat,
" Baptizatũ quoque dominũ baptizando præ-
" ueniret & qui prædicando factus eſt præcur-
" ſor Chriſti Baptizando, etiam præcurſor eius
fieret imitatione ſacramenti? qui inter hæc myſterium redemptionis noſtræ annuncians hunc in medio hominum & ſtetiſſe aſſerit & neſciri: ait enim, *medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis*: quia per carnem Dominus apparens, & viſibilis corpore extitit & inuiſibilis maieſtate: hic videat pius & ſuæ fidei conſtans defenſor catholicus ex D. Grego. teſtimonio quàm longè diſtet Baptiſ. Ioannis à Baptiſmo Chriſti, ille enim peccata nulla tenus di-

mittebat: quod & aduerſus Neochriſtianos ſanctam ſynodum Tridentinam determinaſſe credendum eſt: cùm ait ſeſsione 7. ſi quis dixerit baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cũ baptiſmo Chriſti Anathema ſit, verè enim Brentij & Caluiniſtarum eſt hæc hæreſis: quod autem ait Chriſtum medium inter Iudæos ab ipſis ignorari, id ita exponit Theophilactus, Phariſei putabant ſe ſcire ſcripturas & in quantum in illis prænunciabatur Dominus, medius eorum erat, ſcilicet in cordibus eorum, ſed neſciebant eum, eo quòd ſcripturas non intelligebant: vel medius eorum erat in quantũ mediator exiſtens Dei & hominum volens illos Deo iungere, ſed ipſi neſciebant eum. Ac ne in hac comparatione, comparabilem eſſe Chriſto Ioannis excellentiam exiſtimes, incomparabilitatem docet Ioãnes in his verbis, *Cuius non ſum dignus, &c.* cùm enim vt ait D. Chriſoſt. corrigiam calceamenti ſoluere ſit res vltimi miniſterij, videtur innuere de Chriſto Ioannes, in tantum eſt ante me Chriſtus vt ego, nec in vltimis miniſtrorum vocari dignus ſim: ac vt ait Auguſt. ſi dignum ſe diceret tantummodo corrigiam calceamenti ſoluere, multùm ſe humiliaſſet, vel ex D. Grego. Corrigia calceamenti eſt ligatura myſterij: & ſoluere corrigiam calceamenti non valet Ioannes, quia incarnationis myſterium nec ipſe inueſtigare ſufficit, ac ſi patenter dicat, quid mirum ſi mihi

Tit. de bap. can. 1.

Ho. 15. in Io.

Tr. 4. in Io.

Ho. 7. in Euang.

ille prælatus eſt quem poſt me quidem natum conſidero, & natiuitatis eius myſterium non comprehendo? ex hac confeſsione & humilitate Ioannis, ſequitur eiuſdem commendatio ex deſcriptione loci in quo hæc facta ſunt, dicente Chriſoſtomo, quia *Ibidem.* Ioannes cum decenti libertate ea quæ de Chriſto ſunt omnibus prædicabat, propterea locus deſcribitur nempè *Bethania trans Iordanem*: erant enim vt ait gloſa, duæ Bethaniæ, vna trans Iordanem, altera citra, non longè ab Hieruſalem vbi ſuſcitatus fuit Lazarus, vt conſtet Ioannem non in domo priuata aut in angulo prædicaſſe quæ de Chriſto tenenda erant, ſed in media multitudine præſentibus omnibus qui ab eo baptizabantur: de hoc loco in quibuſdam exemplaribus cõuenientiùs legitur Bethabora, quod (ex Origene) explicatur domus præparationis & conuenit in baptiſmo præparantis Domino plebem perfectam. Bethania, ſecundum Alcuinum, interpretatur domus obedientiæ, per quam etiam innuitur, per obedientiam fidei omnes ad baptiſmum peruenire debere. Baptizat verò trans Iordanem (ex Origene) vt præcurſor veniẽtis, nõ innocẽtes ſed peccatores vocãs. Ioannes igitur & Heliæ & prophetę & Chriſti honorẽ auerſatur: iterata cõfeſſione, ſe indignũ humiliter proclamat qui cũ chriſto vel in minimo, cõferatur, quòd in chriſti, cui Iudæos detrahere velle ſpiritu prophetico,

ſciebat Ioannes, commendationem refert, nolens hominum & ſeculi blanditiis conſentire. Interim deſcribitur locus vbi hæc facta ſunt, ídque in commendationem Ioannis, qui nec Iudæorum blanditiis nec Phariſæorum contumelioſis verbis cedere voluit vt Chriſto debitum honorem exhiberet: Ipſe pro mercede apud homines, immortalem ſuæ humilitatis memoriam conſecutus eſt in ſcriptura, quòd venientem primò Chriſtus humiliter prædicauit, nos eiuſdem beneficia quæ primo ſuo aduentu nobis contulit & confert, aſſiduè memoria repetamus, vt cum in ſecundo ſecuri iudicantem videamus, quod nobis præſtare miſericorditer dignetur, Amen.

*

IN DIE SANCTI NIcolai. Homilia.

Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus ſuis, & compleuit labores illius. Sap.10.

VNicuique innatum eſt deſiderium rei contrariæ præſenti dolori quem patitur, aut certè conſolationis præſentis per quam alacriùs dolorem ſubeundum ſuſtineat. Populus Iſrael Ezechia rege ſuo aduerſa valetudine detento orauit pro impetranda eius ſanitate, ac de eo in illum finem oráte explicat D. Baſil. hæc verba *vitam petiit à te & tribuiſti ei*, vitam enim ſuo regi prorogari poſtulabat Iſrael cuius morte inſtare ſciebat ex reuelatione prophetæ. Luxit Ezechias, luxit & pro Ezechia populus, & conualuit Rex, & lętatus eſt populus: languerat diu genus humanum à peccato primorum parentum: petierat in remedium peccati vt citò mitteretur quem miſſurus erat Deus, vt diſrumperentur cœli & Redemptor appareret mundi, in cuius diebus Pſal.20. Exod.4. Pſal.71.

oriretur iuſtitia & pacis abundantia, factum eſt tandem miſerente hominum Deo: eorum exultantium gaudium ſpiritu prophetico prædicebat Dauid his verbis, vitam petiit à te populus tuus, id eſt Chriſtũ authorem vitæ peccato deperditæ, & tribuiſti ei: ſuę enim naturę humanæ indiciũ præbere voluit eſuriendo, ſitiẽdo, laborãdo, lachrymando, ſudãdo, ſuſtinẽdo infirmitates humanæ naturæ, & pro nobis orando, qui horũ nihil, ſi voluiſſet, poterat ſuſtinere (ait Iuſt. Martyr.) videas enim ſolem radiis per cloacã in, fœtores, & quæcũque horribilia vſquequáque diffundi & in his operari ſecundum naturam ſuam (ait D. Aug.) nec tamen inde aliqua contaminatione ſordeſcere, cùm viſibilis lux viſibilibus ſordibus ſit natura coniunctior: quanto minus poterat pollui verbum Dei non corporeum neque viſibile de fœminæ corpore, vbi humanam carnem ſuſcepit cum anima & ſpiritu: quibus interuenientibus habitat maieſtas verbi ad humani corporis fragilitatem ſecretius? Prior ergo lætitia ex D. Baſ. fuit pop. Iſraelitici, poſterior totius mundi, ex D. Aug. & Hieron. Nos nõ minorem quàm Iſraelitarum in Ezechiæ incolumitate, Myrrhenſium in ſui Beati Nicolai Epiſcopatu fuiſſe dicimus, qui dum hic agens in terris vitam petiit à Deo Eccleſiaſticam, per quam in cœlis æternam conſequeretur, ea qua apud Myrrheam perfunctus eſt Epiſcopi prouincia & dignitate, fauſtum

Q. 105. ad orto.

l. de fide & ſymb. c. 4.

ſuit omen ſuis Myrrhenſibus, cùm diuinitus ad Epiſcopatũ vocatus eſt nihil tale ſibi euenturũ cogitãs: etſi enim vt in viis ſeculi multa ſunt diuortia in quibus cum periculo ſemper inceditur, ita in Epiſcopatu grauia ſuſcipiũtur onera, & quibus optimus quiſque nõ niſi ſumma cũ difficultate ſe expediat, ſed tantò maiores & vberiores fructus laborũ excipiat, quãtò eos libẽtiùs ſubierit: vt enim ſal omnem cibũ cõdit, nec eſt aliquid adeò ſuaue quod abſque eo guſtũ demulceat, ita mũdi totius & propriæ Eccleſiæ condimentũ, Epiſcopus eſt: qui ſi infatuatus fuerit ſiue per negationẽ, ſiue per hęreſim, ſiue per libidinẽ (vt ait D. Hier.) & vt ſemel dicatur, per quælibet peccata, à quo alio poterit cõdiri cũ ipſe aliorũ fuerit cõdimẽtũ? Non parũ ergo ciuitati conſulere putãdus eſt Deus cui Epiſcopum ſuo dignum nomine præficere dignatus ſit; hæc ex beati Nicolai. *contra luciferianos.*

- infantia
- Epiſcopatu
- & miraculis.

Infanti igitur B. Nicolao, gratiam Dei aſſiduam procurauit vtriuſque parentis virtus, quæ præcipua fuit nobilitas in vtróque: erant enim ambo verè nobiles genere, ſed nobiliores religione, pietate, & virtute, hac enim poſteriore potiſsimum commendandi veniunt qui à nobilitate, laudis aliquid ſibi vendicare poſſe videntur: dicente Philone Iudæo, malis hominibus prognatis ex honeſtis maioribus *l. de. nobilit.*

« nullus locus eſto inter nobiles. Quid enim « prodeſt oculis orbato ſuorum maiorum per- « ſpicacitas nequaquã hæreditaria? Quid pro- « deſt ad dicendum elingui, paterna vel auita eloquentia? Quid conferunt ad vires tabe diuturna ex ſucci aridique & vix oſsibus hærentis principes generis propter athleticum robur aſcripti faſtis olympiacis? Imò quid etiã ſi fuere victores in omnibus ſacris græciæ certaminibus? Certè nihil ea de cauſa decedit vitiis corporis nullam opem ex præterita familiæ fœlicitate ſentientibus. Ad eundem modum iniuſtis liberis iuſti parentes, luxu perditis, ſobrij, & in vniuerſum malis boni vtilitatem nullam adferunt, ſicut nec iura iuris violatoribus, ad quorum contumaciam pœnis coercẽdam inuenta ſunt: & ſunt leges non ſcriptæ, nimirum vita exempláque virtutem ſectantium hominum. Ideò, puto ipſam nobilitatem, ſi Deus ipſi formam vocémque daret humanam, ſic allocuturam iſtos contumaces poſteros: gentilitas nõ ſolo æſtimatur ſanguine apud veritatis iudicem, ſed factis ſtudiiſq; ſimilibus. At vos in contrarium tenditis, quæ odi amatis, quæ probo improbatis & auerſamini, Apud me honor eſt pudori, veritati, moderationi, modeſtiæ, & innocentiæ, vos hæc in nullo pretio habetis: hinc D. Hiero. nobilitas non in genere attẽditur, ſed in virtutibus, iuxta illud, quanto maior es tanto te humilia: & ſuper quem requieſcet ſpiritus meus ni-

Ad Celantiam de inſtit matriſ. familias.

ſi ſuper pauperem, humilem & trementem ſermones meos? Eccleſiaſtici 3. & Eſa. 66. religio enim noſtra (ait ibidem Hiero.) ſeruum & humilem de moribus pronuntiat, & ſola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis: & ſola apud Deum nobilitas: ſeruire virtutibus & iis clarum eſſe: Quid enim apud Deũ nobilius Petro in viris, qui piſcator & pauper fuit? in fœminis, quid B. Maria illuſtrius, quæ ſponſa fabri deſcribitur? non ergo genere nobilitatem ſecundum Deum metiendam putemus. Vt ergo genere ita fide erga Deum, & pietate clari parentes D. Nicolai in vrbe Pathara, prædiuites, continentiũ ſe lege vinciebant, ac vitam cœlibem actitare ſatagebant. Prudenter certè & vt ſpiritu Dei acti id ſtatuerũt: quem enim fortiorem carne hoſtem debellandum ſuſcipere poterant? præclarè enim D. Cypr. nemo dicat, habere volo quod vincam, hoc enim eſt dicere volo viuere ſub ruina: habes nunc carnem tuam quam ſuperes ſemper, quid tibi vis, alteram velle conducere? nemo ſuper vnam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat hemitritæo peiore laborare cui nullus valeat medicus ſubuenire. Neque aliquis ſuper onus proprium tollit alienum ne, oneribus duobus vſque ad infimum locum demergatur. Quod ſæpe ſpirituſſancto dante eos animo reuoluiſſe credendum eſt: Cum enim in primo iuuentutis flore ſolum Nicolaum genuiſſent, abdicarunt ſe cunctis volup-

l. de ſingularis. clericorũ

tatibus frequenter in eccleſia orantes & de-precantes hunc ſolum ſibi ſuperſtitem, non tam diuitiarum quàm morum ſibi futurũ hæredem: Ideo illis in aſſuetum in infantia ieiunãdi laborem in B. Nicolao comprobandum Deus exhibuit, qui materna vbera tantùm ſemel quarta & ſexta feriis ſugere ſolebat, quod

In eius vita ſpontaneum infantis ieiunium (vt ait Ioann. Diaconus) maiorem infantis fore in prouectioribus eius annis ſanctitatem præſagiebat: idem de Siſinnio quondam Thaunenſi Epi-

Tom. 3. ſcopo narrat Surius. Hinc iuuentuti quæ vt plurimùm in vitiaquæque degenerat, & voluptatibus indulget, fræna adhibuit, eiúſque va-

De Elia & ieiu. c. 2. na deſideria cõpeſcere didicit: vt enim (ait D. Ambr.) cùm intimis puerorũ viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cùm amarior cibus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriuntur, ita profundum animæ virus vis ingreſſa ieiunij, culpã latentem inficit. In cultu diuino ſic ſe habebat modò ſolus modò cum parentibus Eccleſias adibat auditurus verbum Dei, quod menti diligentiſſimè inculcabat: Non ſic hæretici certè, qui Deum nullo loco honorandum ducũt dum in horreis, caueis, cubiculis, agris ac vt ſemel dicatur in prophanis locis, deóq; minime dicatis, quę fucatæ religioni ſuæ aſcribũt, adimplere ſolent, ſiue de promulgando diuino verbo agatur, ſiue aliud inter eos tractetur:

qui ſuperbis quidem gaudẽt ædificiis ſed domum nullam Deo ædificant(qui domum ſuã, domum ait eſſe orationis) qui illud Dauidicũ ſecum non reputant, *cur ego habito in domo cedrina, & arca Domini eſt in medio pellium? quis ſum ego & quæ domus mea?* tantum abeſt vt in has ſanctas cogitationes vel ſe incidere vel à viris bonis induci ſinant, cùm potiùs erectarum in honorem Dei eccleſiarum ruinas moliantur, vaſa ſacra eccleſiæ diripientes, muros eius deſtruentes, & in ſacerdotes Dei quaſi ſeueriſsimi Iudæi in Prophetas, deſæuientes, quę mala à paucis annis cum multo luctu experta eſt noſtra Gallia: ſed eos quaſi in reprobũ ſenſum traditos, Sathanæ miſerè diuexãdos ſinamus: Cum noſtris Catholicis quorum fides, pietas, bonáque alia opera refrigeſcere quotidie aduertimus ex D. Nicolai exemplis agamus. Sacroſancta concilia nos monent ſine ſtrepitu ingrediendam eſſe eccleſiam, vtpote Concil. Turo. ſub Car. Ma. C. 38. Mogunt. ſub Adr. 3. C. 21. Salegunſtadienſe ſub Benedicto 8. C. 9. Senonenſe C. 16. Qua cordis attentione & deuotione in eadem eccleſia dicẽdæ ſunt horæ canonicæ dictarunt & noſtris propè tẽporibus ſequentiá cõcilia. Mogunti Cap. 53. Treuerẽſe C. 6. Senonẽſe C. 18. & 19. Hildesheimẽſe C. 36. 37. & 38. quanta itẽ attentione audiẽda ſit Miſſa, modò aſſurgẽdo modò genua flectendo, vtpote tẽpore quo collectæ proferuntur, quo itẽ & Canon miſſæ, quo corpus

2. Reg. 7.

& ſanguis Domini conſecratus oſtenditur, aſſumitur: pręter continuatam praxim eccleſiæ, declarat & Concil. Moguntinum iam citatum cap. 59. & Treuerenſe cap. 9. Ex his, quanta attentione ſit audiẽdum verbum Dei (ad quod per magiſtratus ſunt adigendi plebeij) facilè intelligitur: in quorum nullo, Nicolao infanti eccleſias adeunti, defuiſſe animum Deũ honorandi, & proximorum conſcientias ædificandi facile eſt ex ſuperioribus intelligere. Sic ergo in ieiuniis, orationibus, piiſque operibus infantiam decurrit, vt adultior factus ſeculares pompas, & carnis delicias calcare ſciat: Maximè autẽ bona ſeculi (quibus qui affluũt, facilè voluptate ineſcantur) aſpernari ac in egentium vſum conuertere, iuxta textum Euangelicum, qui conſulit iis qui volunt perfecti eſſe, vt vendant omnia, & dent operibus. Cum enim quidam eius conuicaneus nimium locuples ad tantam veniſſet inopiam vt nec vitæ neceſſaria haberet, tres ſuas filias virgines proſtituere conſtituebat: ſic paupertas cogit ad turpia, vtpote hominem cui ſua culpa ea grauari contigerit, dicente D. Ambr. Sicut diuitiæ negligentiam pariunt ſalutis, ita egeſtas dum ſaturari quærit à iuſtitia declinat: & Laurentio Iuſtiniano, ſicut ex adhibito remedio ægroti, medici peritia agnoſcitur, ita interdũ ex occurrente inopia, miſerantis Dei prouidẽtia ſeutitur. Cuius mali præcauendi gratia B. Nicolaus nõ neſcius theſaurum cœli eſſe ma-

Idem cõcil. Mogunt. c. 52.

Matt. 19.

In 1. c. Ro. l. de cõtẽptu mundi c. 11.

num pauperis, & quod pauper recipit ne in terra perdatur, in cœlum reponi: manum pauperis eſſe Gazophylacium Chriſti, quia (vt ait Petrus Chryſologus de ieiunio & eleemoſina) quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat, accipit micam vt dans accipiat totum, nummum vt danti mercedis loco regnũ concedatur, quod in ſingularum virginum matrimonium, ſufficere poterat clàm, & nemine ſciente, in domum patris per feneſtram coniecit, & toties illi Chriſtus ſe præſentẽ exhibuit, quoties in vſum pauperum collocandas pecunias contulit, ſi modo hoc verum eſſe fateamur, quod verè prudentérque ab Iſidoro Clario dictum eſt: Si regis aut imperatoris alicuius (inquit) Chariſſimus frater hãc vrbem ingrederetur, ſciremuſque eum qui beneuolum erga illum animum præberet eſſe ab ipſo rege maximam viciſsitudinem ipſius beneficij recepturum, profectò certaretis, muneribus alter alterum ſuperare ſpe illa recipiendorũ beneficiorũ illecti: at verò Rex maximus Chriſtus profitetur pauperes eſſe fratres ſuos, pollicetúrque ſe ob vnam erga illos beneficentiam regnum cœli repenſurum, & nullus tantis promiſsis commouetur. Hinc de tarditate ſuorum in pauperibus recipiendis idem conqueritur his verbis: iam penè duo anni ſunt cùm ego Epiſcopus vobis ſum datus, neque dum rei quæ tanti à Chriſto fit, eſt prouiſum: quod ſi ille quem dudum dicebam regis frater

Serm. 8.

Tot. 1. orat. 11.

hanc vrbem ingreſſus, non dico duobus annis ſed duobus diebus, atque adeò duabus horis moraretur ſine hoſpitio, iudicaretis rem fieri nefandiſsimam. Fratres Chriſti vagantur tandiu per vrbem, neque dum tempus eorum colligendorũ exiſtimabimus? tanti fecit Deus

Gen. 18. eleemoſinarios, vt iis in ſuo Abrahamo retributionem certiſsimam promittere dignatus ſit, cùm ei in tribus Angelis quos ipſe ſingulariter eſt allocutus, vnitatem eſſentiæ diuinæ, & perſonarum trinitatem oſtendere dignatus

Ho. 23. *in Euang.* ſit. Hinc (vt narrat D. Greg.) cùm quidã paterfamilias cum tota domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio deſeruiret pauperibus, eóſq; quotidie ad menſam ſuam admitteret, quodã die peregrinus inter alios ad menſam aduenit, ad menſam ductus eſt: dúmque pater familiâs ex humilitatis conſuetudine in manibus eius aquã vellet fundere, conuerſus, vrceũ accepit, ſed repẽtè cùm in eius manibus aquam vellet fundere, eum nõ inuenit: Cúmque hoc factũ ſecum miraretur, eadẽ nocte ei Dominus per viſionem dixit, cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in meipſo ſuſcepiſti.

Matth. 25. Scribitur enim: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi ipſi feciſtis*, ad quod ait D. Greg. ecce ante iudicium cùm per membra ſua ſuſcipitur, ſuſceptores etiam ſuos per ſemetipſum requirit, & tamen nos ad hoſpitalitatis gratiã

l. 10. *c.* 24. tardi ſumus. Sic commemorat D. Gregor. Turonenſis, Antiochiam ciuitatem cùm di-

uino iudicio ſubuerteretur, ac corrueret ſponte, altera ex parte ſeruatam meritis pij cuiuſdã eleemoſynarij, cui viſione teſtimonium huius declararionis Dei perhibitum eſt, vt puta eius eleemoſynis exceptam eſſe & præſeruatam à ruina eam ciuitatis partem in qua ipſe habitaret, & parentes eius, & amici. Mira certè vbique perſpiciuntur opera Dei ſed maximè relucere deprehenduntur in piis eleemoſynariis. Largione eleemoſynarum non tantùm in hoc opere ſed & toto vitæ tempore claruit beatus Nicolaus: Etenim (teſte Iſidoro) ſuæ poteſtati derelictus poſt vtriuſque parentis mortem bona ſua quadrifariam diſtribuit, eadem penè forma qua ab Eccleſia fieri ſolitum legimus vtpote in Concilio Ro. C. 4. & in Concilio 1. Braccarenſi ſub Syluestro 1. C. 25. duas partes aſsignans miniſtris Eccleſię, reliquas duas reparationibus Eccleſiarum, & ſubleuandæ egeſtati pauperum. Iam ſuperſtite adhuc vtroque parente ad ſacerdotalem dignitatem promotus fuerat: Peregrinationes declinandi otij cauſa aggreditur, maríque ſe committens peragrat Paleſtinam, loca ſancta, & maximè ob Chriſtum Dominum memoranda inuiſurus, ſecum reputans longè à parentibus ſalutem eſſe, conſultiúſque fore ſibi, ſi perluſtratis ac peragratis locis prædictis in ſolitudine reliquum vitæ tẽpus tranſigeret, ſed non ſinente Deo futurũ Eccleſiæ paſtorẽ diu hominib⁹ incognitũ eſſe,

Cum mari Lyciam tēderet Myrrheam peruenit Deo volente,&eò uentis nauim dirigentibus. Illic aliquandiu manſit: Epiſcopus moritur: vicini EpiſcopiMyrrheam cōueniunt: De futuro Epiſcopo, cum conſenſu plebis diuina aſsiſtente gratia ſic decernunt, vt in Epiſcopū diuinitus datus Nicolaus proclametur ab omnibus. Quàm prouide conſuluit populo ſuo Deus qui ei Epiſcopum illum præfecit, quem pertimeſcerēt eccleſiæ hoſtes hæretici, & ſciſmatici: eóne enim beneficio virum illum deſtituere voluiſſet Deus, quē ſic tempeſtati maris imperare voluerat, vt eam confeſtim ſedaret? hoc enim temporaliter eum in mari præſtare voluit, quod poſtea in animis obduratorum ſpiritualiter effecturus erat: mundus hic, ſit mare, hæreticorum furor, & omnium ſceleratorum obduratio, ſit tempeſtas: Det nobis Deus Epiſcopos qui inſtar B. Nicolai, Martini, Athanaſij, Ambroſij, Auguſtini. Thomæ Cantuarienſis, Luciferi Calaritani, & Africanorum Epiſcoporum tempeſtati maris, id eſt huius mundi imperare poſsint. Sed id credo auertit peccatorum noſtrorū numerus & grauitas. Nos enim & conſcientias nouas nobis quotidie effingimus, quibus & cauteria adhibemus, in quibus ficte Deo ſeruientes, eius miniſtros inhonoramus vtpote Epiſcopos Apoſtolorū verè ſucceſſores, vt D. Aug. ait, quid
In Pſ. 44. mirum ſi per eos nos caſtigat in furore quorū ſtatum honorificum deſpicimus? Etenim in

eum

eum miſerum temporum ſtatum incidimus què nobis depingit D. Chriſoſt. in quo & filij principatum affectantes, moleſto animo longam ſuorum patrum ſenectutem intuentur, & ambitioſi atque auari qui præpotentes ſunt in mundo, præ cæteris eorum Epiſcoporum qui ad longum tempus ſuo munere funguntur, proſperitati, & vitæ inuidēt atque inſidiantur. Cuiuſmodi Epiſcoporum numerus perrarus eſt, ſed faxit Deus vt nobis ſeruetur aut potius cum noſtræ vitæ & morum emendatione in integrum reſtituatur. Nicolaus igitur tempore Arrianæ hæreſeos adeò ſtrenuè ſe habebat in cōcionando, vt incarceratus propterea quod concionandi munus contra Diocletiani edictum obiiſſet, à Deo liberetur: poſtea orante illo & diſputante contra Arrianos, & cum eo aliis Epiſcopis idem præſtantibus, confunduntur & ſuperantur Arriani: vigente tritici penuria apud Myrrheam ciuitatem, cuius B. Nicolaus erat Epiſcopus, ei per B. Nicolaum mirabiliter prouidetur, cùm tritici aduectione, tum & aduecti multiplicatione? Nautas qui eum nunquam viderant eius tamen opem in periculo conſtituti implorarant, liberat ſuis apud Deū precibus, iubétque eos periculo ereptos non ſibi ſed Deo gratias agere, eos ad pœnitentiam inuitans, multáque alia mirabilia agit quæ breuitatis gratiâ præterimus, contenti ex ſuperioribus Dei gloriam vtcunque in eo

l. 1. de ſacerdotio.

declaraſſe. Alia etiam nonnulla ex iis quę poſt mortem eius, in illo operatus eſt Deus, declarat eius hyſtoria: Chriſto in ſi quidem ſuſpiciens in cœlum, proferens hunc pſalmum, *in te Domine ſperaui*, vſque ad hæc verba: *in manus tuas Domine*, ſenio confectus, mortuus eſt: Mortuo aſsiſtunt vicini Epiſcopi, clerus & populus in precibus & luctu, & honorificè eum apud myrrham ſepeliunt. Tot tantíſque miraculis poſt mortem ſuam decoratus eſt, vt pro eius corpore obtinendo ab hominibus ſummè ſit laboratum. Obſeruamus ex compluribus hyſtoriis myrrhea ab infidelibus euerſa, ſubito à quibuſdam Barrhēſibus Mercatoribus omnem diligentiam adhibitam eſſe vt corpus Beati Nicolai è myrrhea Barrhum adueheretur, quod proſperè & ex optatis ab illis factum eſt: ac propter mirabilia quæ in eius tumulo facta ſunt, illuc à viatoribus omnis nationis ſedulo concurritur & virtutis Dei ſigna multa adhuc in corpore ſancti oſtenſa ſunt. Ferunt veneti, anno Domini 1086. ſub pontificatu vrbani ſecundi tranſlatum eſſe venetias corpus Beati Nicolai, in qua tranſlatione ab innumeris propè morbis vndequaque aduentantes infirmi conualuiſſe, per eos perhibentur. Sic glorioſus Deus in ſanctis ſuis faciens prodigia & mirabilia eorum interceſsionibus interuenientibus. Diſcant ex Beati Nicolai Parentibus, ij quibus eſt demandata aliorum pro-

uincia,iis procurare ſedulitate bonorum operum vitæ ſanctitatem, Dei timorem & amorem: ex Beato autem Nicolao diſcant omnes ſic ab infantia dirigere ſuam & ſibi commiſſorum ætatem, vt toto vitæ tempore Deo dignè, fœliciter, & laudabiliter ſeruiant, & ſecuri ex hacvita(ſicut per Beatum Nicolaum docentur) migrare valeant, quod nobis impetrare hodie dignetur amicus Dei Beatus Nicolaus,vt gratiâ diuina ſuperſtites viſitati,ad gloriã perpetuam tandẽ perueniamus, Amen.

*

IN DIE CONCEPTIONIS Beatæ Mariæ virginis. Homilia.

Hier. 31. *Vſquequò diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum.*

Cantic. 2. SICVT *malum inter ſyluas, ſic dilectus meus inter filios: ſicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Excęcatæ eſt mentis cùm admiranda videat, in peccatis perſeuerare, & delitiis perpetuò animum intendere: eſt enim hoc deſperare de ceſſatione à peccato, vel de intermiſſione ac ſuſpenſione actus peccandi: vt enim qui malum inter ſyluas & roſam inter ſpinas videat, ſtatim vt eã decerpat & ea delectetur ambulandi laborem ad tempus differt, ita qui ſe ſic malè affectũ ſemper fuiſſe ſibi erit conſcius, vt in voluptatum cœno volutari non deſtiterit, quaſi hoc ſibi impoſsibile fuiſſe iudicans, viderit autem vnumquemque eorum qui tentationi reſiſtũt à peccato reſilire, nec tantùm hoc, ſed Deum, qui peccãdi animũ ad tempus adimit, peccati fomitem à creatura quæ alioqui peccato ob-

noxia fuiſſet, planè euacuaſſe: in huius rei admiratione ita occupetur, vt peccandi animum facilè cõpeſcat ac cohibeat: Si enim tres pueri virginitatem colentes (ex D. Damaſc.) igne ſuperiores euaſêre, per virginitatẽ corporibus ab igne inexpugnabilibus factis, dicũt enim: *ſigna & mirabilia fecit apud me Deus excelſus, placuit ergo mihi prædicare ſigna eius quæ magna ſunt, & mirabilia eius quæ fortia, & regnum eius regnum ſempiternũ, & poteſtas eius in generatione & generationem.* Quæ verba puerorum liberationi & virginitati tribuuntur ſecundum D. Damaſc. Si igitur tantũ illis beneficiũ eſt conceſſum vt ignis pœnã per virginitatẽ poſſent declinare, quãto magis in ſemine, ex quo naſciturus erat mundo Dei filius, hoc Dei priuilegiũ agnoſci decuit? ſed cùm ſit *mirabilis altitudo ſcientiæ Dei*, ſintque *eius iudicia abyſſus multa*, non poteſt Diabolicus homo nõ inniti naturæ, ſecundũ quã nemo à peccato Originali immunis dicitur: quaſi cõmunis naturę regula volũtati Dei præualere poſsit, nihilque homini poſsibile videri debeat cuius rationem reddere nõ poſſit: atqui res quæ ſunt fidei, meræq́; poteſtatis Dei ſtatim noſtrũ aſſenſum requirũt: quod ſi unde iis aſſenſum debeat, perſiſtat inquirere, intelligat *eſſe Deũ in cœlo qui reuelat miſteria*, ídq; triplici libro, creaturæ ſcilicet, ſecundum hoc Paulinũ: *inuiſibilia facta Dei, per ea quæ ſunt intellecta cõſpiciuntur*: vitæ, in gloria, ſecũdũ hoc: *Expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ Dei expectat*: Me-

Dan. 3. *De orth. fide lib. 4. c. 25.* *Rom. 11.* *Dan. 2.* *Rom. 1.* *Rom. 8.*

dio,qui liber eſt ſcripturæ, quo quæ reuelantur nondum videntur ſed videnda ſperantur in gloria. Hoc tertio diſcimus Deum futuræ matri ſui filij tantùm contuliſſe, vt eam communi legi peccati Originalis ſubiacere noluerit, eámque quaſi malum inter ſyluas, quaſi roſam inter ſpinas in hoc ſeculo eſſe voluerit, vt eam,quam quacunque alia creatura,ab hac communi naturæ lege non excepta,puriorem agnoſceremus, ſecuri aduocatam apud Deũ inuocarem'. Cõceptio itaq; eius immaculata.

probetur. { Ex comparat.cũ Chriſt.&ſanctis, Ex authoritatibus & rationibus Et fide Eccleſiæ.

L denatura & gratia 36.c. Ex ipſo igitur Chriſto,ſecundũ D.Aug.præcipua ſumitur ratio qua defenditur immaculata virginiscõceptio,qua cõcepta eſt in vtero matris. Cùm de peccato agitur (inquit) nullã volo fieri virginis mentionẽ propter honorẽ Chriſti,ad quæ ſcite accommodatum putabit pius lector hoc quod de eadẽ, per cõparationem ad Angelos & homines dicit Guerricus *Serm. 1. de annunciat. B. Mariæ.* abbas. Sicut Salomon (inquit) in omnibus Theſauris ſuis, & opibus tantis nihil habuit tam pretioſum quod in opus illud magnificũ thronum ſcilicet gloriæ ſuæ indicaret ebori præferendum: Sic maria præ omnibus electis Angelorum & hominum inuenit gratiam apud Deum,vt videlicet Dei conciperet & pareret filiũ,atque ex ebore corporis eius thronũ ſibi virtus altiſsimi,ſine manibus excideret

glorioſum,hic enim meditari licet ad honorē virginis, eam angelis præferri & hominibus propter Chriſtū Dominum quem genuit,cui præparata eſſe debeat innocentiæ & ſimplicitatis perfectione & gratiâ, atqui ſenſiſſet maledictionē ſi peccatū originis in ſuo conceptu incurriſſet,vt ergo dignè in eius vtero cōciperetur Chriſtus,decuit eā ab illo peccato præſeruari. Helias teſte Ioanne Hieroſolym.ex 3.re. ca.18.Holocauſto,cœlitus cōcremato & occiſis prophetis Baal,cū iam propiciationis tēpus inſtaret,quo Deus vberrimam in terras pluuiā demitteret, aſcendit in verticem carmeli & pronus poſuit faciem ſuam inter genua, iuſſítque puerū ſuū aſcendere & proſpicere contra mare,aſcendítque puer, cúmque ſex vicibus nihil animaduertiſſet ſeptima vice quaſi veſtigium filij hominis apparuit,ídque in nubecula quæ aſcendebat de mari,vt que ad propheticam veritatem hæc reducantur, quod ſeptima vice ſignū propiciationis datū eſt,quietē & fœlicitatē id præſignabat:Nubecula autē (inquit) virginem exprimebat quæ de hoc ſeculo per carnis propaginem aſcendit, mari, id eſt hoc ſeculo altior & leuior,vt quæ carnis illecebris deprimi nō poſſet: quod quomodo certius eſſe in ea potuit,quā per imuunitatem peccati originis? Nō cōuincit hæc ratio reluctātē,fateor,ſed ſequētib⁹ ſcripturæ & doctorū authoritatib⁹ firmabitur.Scribit D.Athan. quod ſpiritus ſ.omnib.gratiis abūdauit deipara

L.de inſtit. Monaſtic.

Sermon. in Euang. de B.deipara.

& virtute altiſsimi obumbrata legitur, non opinor id temporarium in ea accidiſſe, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe, & nequaquam (ſicuti hæretici dicunt) vim ſcilicet quandam energiámque ſpiritus inditam eſſe virgini, vt incarnatio perficeretur: verùm ita loquimur ſecundum ortodoxorum dogmatũ rectitudinem virtute & ſpiritu eſſe impletam virginem, tum vt corpus eius ſanctificaretur, tum vt ſalutarem illum fœtum concipere poſset. Atque ita deinceps diuina verbi natura ibi ſuum tabernaculum eligens in ea incarnationem aſſumpſit & homo factus: eſt nõ ita quidem vt potentiam aliquam operandi vim illi inderet, ſed vt in ea naturaliter ſecundum vniuerſam integritatem deitatis, perſona filij Dei ab initio Deus & vlterior initio carnem & hominis conditionem indueret, quæ verba etſi ad ipſius filij conceptum non autẽ matris pertinere videntur, ad virginis tamen matris conceptũ referenda, vel hoc vnũ conuincit quod ait D. Athanaſius. Non opinor (inquit) in virgine tẽporarium hoc fuiſſe, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe, ſi enim fuit in ea peccatum illud, de ea dici non poteſt quod per omnia tempora fuerit gratia plena, ſed neceſſariò incepit eſſe cùm antea nõ eſſet nempè vel ad minimum tempus exiſtente in ea peccato originali. Accedit & hæc, eiuſdem ratio, fuit in Apoſtolis gratiæ plenitudo, fuit & in beato Stephano, nunquid maior

fuit in Maria, quod ſi fuit maior fuitne & amplior quàm in ſanctificatis in vtero? vtpote Hieremia & Ioanne Baptiſta? & quæ maior quæſo quàm in his præſertim duobus niſi peccati originalis immunitas? ſi enim ad filij cõceptum priuilegia matris referas, in eo Mariæ virgini nulla creatura eſt conferenda, & ſic hoc excepto, non deerunt creaturæ quæ parem cum ea ſanctitatem habuerint, quod nemo de ea bene ſentiens dixerit. Quod verò attinet ad plenitudinem gratiæ, à qua laudantur Apoſtoli & Stephanus, Illi enim dicuntur omnes repleti ſpirituſſancto: hic verò plenus gratia & fortitudine, hoc ſic exponit Ioannes Maria verratus ex ſimili: ſolemus (inquit) dicere aliquam domum plenam eſſe diuitiis, primò quia diuitiæ non deſunt, ſecundò quia ſuperabundant, tertiò quia plures diuitias capere non poteſt: Sic Stephanus erat plenus gratia quia ei non defuit vllo tempore, quod idem dicitur de Apoſtolis, à die enim Pentecoſtes illis nullo tempore defuit gratia ſpirituſſancti: Sed virgo Maria fuit plena gratia, quia illâ ſuperabundauit, in quo autem ſuperabundaſſet ſi tantùm, vt Hiere. aut Ioannes in vtero ſanctificata fuiſſet? hinc idem author, ib. perquirens cauſas cur Mariæ virgini ſtella quędam quæ vulgò tramontana dicitúr, plerunque aſſimiletur, has reddit, prima eſt (inquit) ex ſubſtantia, quòd vt ſtella illa eſt de materia incorruptibili, ita virgo Maria cœ-

Act. 1.
Act. 7.
De incarn. cap. 3.

leſtis fuit conuerſatione & incorrupta mente & corpore: ex huius comparationis poſteriore parte hoc inferri poteſt, cum incorruptione mentis ſtare non poteſt peccatum, ſed virgo Maria per omnia tempora fuit incorrupta mente (de corpore non eſt controuerſum cùm perpetuò eam credamus virginem) ergo perpetuò immunis à peccato, ergo in eo non concepta. Nam præter poſitum ſuperiùs D. Anathaſij teſtimonium ratio ſumi poteſt ex illa comparatione, quod ſicut abſurdum eſſet in ea dicere ſtellam tramontanam pro tempore fuiſſe de materia corruptibili, & in tempore cœpiſſe illam materiam eſſe incorruptibilem, ita ſecundum D. Athana. temere ſentiret qui plenitudinem gratiæ non per omnia eius tempora fuiſſe diceret. Sed ad alia rationum momenta progrediamur. Peccatum imputari non potuit, cùm lex non eſſet, ergo terra ex qua factus eſt primus homo, maledicta non fuit. Ergo ſi ſecundus Adam de terra maledicta factus eſt, deterioris fuit conditionis quàm primus, quòd dicere, erroneum eſt. Nam ſecundus Adam fuit cœleſtis de cœlo, primus autem, terrenus de terra. Præterea, quicquid perfectionis eſt in imagine & veſtigio, eſt & in exemplari ac veritate, ſed ex homine non maledicto & ſine peccato exiſtente facta eſt Eua prima, Ergo & ſecunda, quæ non vm-

bra eſt ſed lux: non imago, ſed veritas: obiicis forte prima Eua non ex thoro matrimonij prodiit ſicut ſecunda, Reſpondetur quod iam ſumptum eſt, ſicut ſpina roſam genuit Iudæa Mariam: cur non enim ſicut coſta Adę ex qua facta eſt mulier, ſine maledictione fuit, ita per operationem diuinam vt priuilegium daretur Mariæ virgini quo cæteris ſupereminerent, ſemini ex quo concepta eſt ademptus ſit peccati fomes? ita prædicta verba canticorum ſic exponit D. Bernardus generalis maledictio hæc quidem fuerat poſt peccatum primi parentis, Gen. 3. *Cùm colueris terram ſpinas & tribulos generabit tibi*. Donec ergo in carne eſt anima, in peccato verſatur quaſi inter ſpinas, ita diligentem ſe cuſtodit Deus inter peccatores: Quis autem magis dilexit quàm virgo, quam Deus ab æterno præuiderat fore matrem incarnandi ſui filij? ſecundum hoc enim dictum fuerat eccleſiaſtici 24. *Ab initio & ante ſecula creata ſum*. Item, eadem eſt caro & matris & filij: ſi ergo caro matris peccato originali maculata fuit. Ergo & caro filij, quia ſicut caro matris fuit in carne parentum, ita & caro filij in carne matris. Atqui (ait Diuus Auguſtinus) Caro virginis ex Adam ſumpta, maculas Adæ non admiſit & poſtea omnes in peccato nati ſunt excepta virgine beata. item Gene. 3. ſcribitur in ſerpentis ma-

Ex can. 2.

Serm. 48. in cant.

l. de natu. & gra. c. 36.

ledictione:*inimicitias ponam inter te & mulierem inter ſemen mulieris & ſemen tuum, & ipſa conteret caput tuum:* ſic enim propoſitũ ex his verbis inferetur, oportuit Chriſtum filium Dei naſci de virgine quæ ſerpentis illius caput cõtereret, non autem cuius caput ſerpens ille antiqu' cõtereret: atqui ſi fuiſſet cõcepta in peccato originali, eius caput ſerpens contriuiſſet, non eſt ergo veriſimile eam eſſe cõceptam in peccato originali: & pulchrè certè Hyldephõſus Toletanus ex effectu id in ea colligit his verbis, à peccato originali immunis eſſe debuit per quam non tantùm maledictio ablata eſt, ſed & benedictio data: vnde inter omnes creaturas ſola Beata virgo adæquatur ArchęNoë, quę vt omnibus aquis etiam quorũ, libet montium altitudinem ſuperantibus ſupernatauit, ita verè virgo Patriarchis prophetis & Apoſtolis ſupereminuit: vnde ei rectè tribuitur hoc quod habetur Prou.31. *multæ filiæ regum congregauerunt diuitias, tu ſola ſupergreſſa es vniuerſas:* hinc Richardus victorinus in cæteris ſanctis hoc magnificum habetur, quòd à vitiis non poſſunt ex pugnari, in hac virgine, quòd vel in modico non potuit impugnari, & ib. cap.26. Cõſtat pro certo quod niſi Maria ab omni vitiorum contagio prorſus aliena fuiſſet, Deum Dei filium prorſus generare nõ poſſet: vnde rectè Archæ teſtamenti adæquatur quæ legitur fuiſſe de lignis Sethin imputribilibus, iuxta quam comparationem eidem

L. de perpetua virginit. mariæ.

l. 2. de Emanuele c.31.

Exod.25.

concinnè accommodatur hoc pſa. 92. *domum tuã decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierũ*: *In eundem Pſ.*
Si enim ex D.Baſilio,domusDei omnium credẽtium multitudo vocatur, quis credentium firmiùs credidit quàm virgo Deipara cuius fides (vt ait D.Aug.) cœlum aperuit? ita in ea *Serm.11.de tempore.*
ſicut fuit præcipua virtus fidei, ita eſſe debuit maior immunitas à peccato quàm in vllo alio quæ niſi à peccato Originali eſſe dicatur,quomodo maior quàm in vllo alio eſſe intelligetur?ſed de hoc ſic habet Concilium Conſtantinopolitanum. 6. Sub Agathone Papa.Beat. *Act.11.*
virginem Mariam ab omni contagione liberatam & animæ & corporis & intellectus:atqui peccatum Originale eſt contagio, ita aut reprobandus eſt ille Concilij 6.Cõſtantinop. locus, aut ab omni peccato, eã planè immunem eſſe fatendum eſt. Concilium Baſil. ſanctè de hac re decreuit: poſt hoc autem in decreto Sixti quarti ex controuerſia graui ſuper hac re exorta refertur eccleſiam cõceptionem B. Virginis celebrare,propriúmque de ea ediδiſſe officium,quod ſi(vt nonnullis viſum eſt) ſub conceptionis,vocabulo ſanctificatio intelligenda ſit, cur non & Ioannis Bapt. præcurſoris Chriſti ſanctificatio celebretur. Abſit verò vt propter iniunctam altercantibus hac de re cenſuræ ſiue excommunicationis pœnã, & hæreſeos ſeſe inſimulantibus conceptioni B. virginis derogetur. etenim ſi quondam per pacificatores in cauſa fidei vetitum eſt,ne ſibi *Seſſ.36.*

inuicem improperent & importuni exiſtant Catholicus & hæreticus, ad tollendam iurgiorum & homicidiorũ anſam, An ideo deterior eſt cauſa catholici? nequaquam certè: Obiiciet forſan aduerſarius, ipſa deipara virgo talem ſe nequaquam prædicat, ſed de ſe humil-
Luc. 1. ter dicit: *ecce ancilla Domini*: At de ſe dixit, *beatã me dicẽt omnes generationes.* Quod ſi Chriſtus ad
Luc. 10. ſuos diſcipulos ait. *qui vos ſpernit me ſpernit.* Exiſtimet aduerſarius ſe tantum Chriſto ſaluatori detrahere, quantum B. Virgini dum ei hoc quod ad eius puritatem maximè pertinet, denegare non erubeſcit: Retorquet fortaſſe idẽ: huius puritatis mentionem nõ facit ſcriptura ſicuti ſanctificationis B. Ioannis, ſicuti gratiæ quam Apoſtolis, & B. Stephano impartiri Deus dignatus eſt: Pari ratione de beata virgine diceret blaſphemus, ſanctificationem virginis Mariæ, eam inquam quæ in Ioanne intelligitur non exprimit ſcriptura, ergo virgo Maria ſub communi lege peccati nata eſt illudque commune habuit cum aliis: abſit: Noluit proclamari beata virgo quæ ſciuit, Chriſtum Marci 7. Matth. 9. & 17. noluiſſe ab hominibus proclamari ſua miracula, verbi gratia cùm poſt transfigurationem ait ad diſcipulos quos in eius teſtes aſſumpſerat, *Nemini dixeritis viſionem donec filius hominis reſurgat à mortuis*: in iure ciuili ea actio non valere cenſetur quæ accuſatori non prodeſt. Quid autem prodeſt homini negare vel im-

pugnare immaculatam conceptionem B. virginis, niſi ad hoc vt inuidiæ ſeipſum conuincat? Et enim ſicut videntes Phariſæi turbas à ſe deficere vt adhærerent Chriſto, inuidia in Chriſtum donec eum adigerent ad mortem exarſerunt, ita hos fortè qui immaculæ cõceptioni B. virginis nõ præbent aſſenſum, id mouet, quod eam admittentes, nihil commune ſecum habituram fatentur, cum qua alioqui ſe aliquid habituros ęqualitatis fortè pręſumẽt: ſed eos auſim lippis conferre qui dum ſolis lucem clariorem eſſe non putent quàm intuẽtur, rationem non habentes vitii oculorum ſuorum, eiuſque claritatem quanta ſit aſſequi non poſſunt. Sic enim fortè hi ob id immaculatam Conceptionem virginis Deiparæ non admittunt quia quomodo ſit poſſibilis non vident qui ſi ſibi ſapiant cogitent præcipuã quãdam eſſe virtutem hominis. *Altiora ſe non quærere & ſcrutatores maieſtatis opprimi à gloria.* *Eccli. 3.* Quòd ſi regina auſtri ad iudicium ventura eſt *Pro. 25.* vt condemnet gentem perfidam, quanto magis *Luc. 11.* virgo Maria, in qua (dum inhonoratur) inhonoratur & Chriſtus. Nec certè diem iudicij expectat vt in ſui contemptores vlciſcatur quæ Bernenſes ſui cultores vſque adeò ſtudioſos & diligentes habuit, vt incendio publicè plecterent illos qui præſumerent dicere eã in macula peccati Originalis fuiſſe conceptã, quod maximè eos feciſſe anno Domini

1509. ex eorum obſeruatur hyſtoria. Eadem etiam ſui ſtudioſis cultoribus adfuiſſe perhibetur vel frequẽtibus teſtimoniis. Apud Cæſarem legimus Carnotenſes edoctos à Druidis crediſſe olim, naſcituram virginem quæ mundi ſalutem pareret, vt legimus in eorum antiquitatibus: qui adeo in ea ſperarunt chriſtianiſmo ſuſcepto, vt eius ſemper auxilium in ſuis anguſtiis ſenſerint. Tempore enim Caroli ſimplicis, obſeſsi Carnotenſes à Radulpho, ea parte quâ in Neuſtriam ſeu Normaniam tendit, & eò penuriȩ redacti vt tãtum in Deo & virgine beata cui erat eorum ciuitas multos ante annos conſecrata, ipſis ſupereſſet auxiliũ. Gancelinus lancea accepta in cuius ſummitate geſtabat induſium B. Virginis quæ ſingulari deuotione apud eos aſſeruatur & in medio ſuo exercitu aduerſus hoſtem inceſsit, qui ita eſt obſtupefactus timore repentino deſuper, vt creditur, immiſſo, vt in fugam repente proripuerit cum exercitu, perſequente eum Gancelino vſque in locum illum qui pratorũ fugæ nomen exinde habuit. Sed & noſtris tẽporibus quantùm iiſdem ab hȩretico oppreſſis auxilij attulerit, ex inſigni miraculo quod in imagine eam referente oſtendit, facilè eſt coniicere. Anno enim Domini 1567. cùm eandem vrbem obſiderent hȩretici, in portam illàm maximè impetum facientes quæ Roazea dicitur, imaginem eius ſuperdictam imaginẽ conſpicati, catapultis impetere frequentes incœ-

l. 5. de bello Gallico.

incœperunt, qui nec vnum quidem ſuæ violētiæ veſtigium in ea reliquerunt, quid quæſo tanto miraculo in matris imagine demonſtrauit Chriſtus, niſi per conſeruatam ab omni lęſione & offendiculo eius imaginem, eos ad pœnitentiā vocari, qui dum matri inſidiātur filij quoque indignationem incurrũt: ſed de miraculis B. virginis ſermonem non inſtituimus prolixiorem, contenti pro hodiernæ feſtiuitatis commendatione lectorem remittere ad hyſtoriamLombardicam,quę abunde inſtitutionis eius cauſam commemorat. Reliquum eſt vt diſcat Catholicus coniunctam eſſe cauſam matris & filij qui ſuam etiam eſſe diſcipulorum cauſam profitetur, vt in ea filium honoremus, vt eam in cœlis perpetuam aduocatam apud filium habere mereamur, quæ mentibus noſtris quandiu in hac fragili vita peregrinando periclitamur, eā impetrare poteſt claritatem qua nobis præuia, cogitationes,ſermones, & actus noſtros ſic inſtituemus,ac dirigemus ſecuri,vt &in illa filium, & in filio illam honorantes, vtroque adiuuante ab hac terrena via ac verè miſeriarum valle, ad cœleſtem patriam tēdamus, quod nobis eius precibus donare dignetur Ie.Chr.Do. noſter qui cum patre & ſpirituſſancto viuit&regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

IN DIE NATIVIT. DOmini. Homilia.

Lu. 2. *Exiit edictum ab Auguſto Cæſare vt deſcriberetur vniuerſus orbis & facta eſt deſcriptio prima à præſide Syriæ Cyrino.*

Prou. 21. NON *eſt conſilium non eſt prudentia, non eſt ſapientia aduerſus Deum.* Diabolus per omnia ordinationi diuinę reſiſtere nititur, & in omnibus viis ſuis ſupplantatur. Ruinã Angelorũ de hominũ genere reparare volẽte Deo, Diabolus hominẽ Deo inobediẽtẽ reddit non obſtante cuſtodia Angeli boni: atque eoúſque hominum excreſcit iniquitas, vt diluuio vniuerſali genus hominum deleat Deus ſolo Noë cũ vxore & liberis eorúmque vxoribus ab ipſo diluuio præſeruatis: antè autem eccleſia militante in Abel initiũ habente Caynum aduerſus fratrem ſuſcitarat: diluuio extinctis hominibus, è tribus fratribus, vnũ in patrẽ Noë excitat quẽ vituperati patris arguẽtes cæteri nihil proficiunt: ſic nouit Diabolus ex eccleſia ſeducere qui ipſi eccleſiæ inſidias moliãtur: deuenitur ad Abrahã, Iſaac, & Iacob quorũ greſſus ſic Deus dirigit, vt de iis meritò per Dauidem dixiſſe perhibeatur. *Nolite tangere*

Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari: *Pſ.104.*
pro talibus enim corripuit reges: Ex tribus il- *Gen.10.*
lis, populus Iſraël deſcendit qui in Ægypto *& 26.*
multa paſſus tandem liberatur, Pharaone cum
ſuo exercitu in aquis extincto, & iis qui nondũ
mare ingreſſi erant, fulmine percuſſis: Egreſſo
Iſraëli ſuſcitat diabolus Amalech, cum quo *Exod.17.*
præliatur & victor exiſtit, ne vno quidẽ nun-
cio cladis relicto ex Amalech exercitu. Deniq;
infinitos propè labores ſuſtinet hic populus
in terra deſerta dum ingreſſum in terrã deſer-
tã accelerare cogitat, dum ad opus cõtra gen-
tilẽ ſe accingit, dum occupare incipit Hay &
Hiericho ciuitates gentiũ, dũ in potenti manu
Dei & brachio excelſo reges gentiũ debellat
& ſuſpendit in patibulis, dum ſub ducibus &
ſacerdotibus à Ioſue ad Samuelẽ vſque, varios
caſus experitur, modò exaltat⁹ ſupra hoſtẽ, mo
dò per eundẽ diuino iudicio humiliatus. Re-
gẽ ſibi poſtulat, Saülem obtinet, ſub quo &
Dauide ac Salomone pariter vnicũ eſt regnũ,
quod poſtea diſſenſione ciuili diuiditur inter
Roboam & Hieroboam. Sic pericula quæ v-
nitus Iſraël ſuſtinuerat ab hoſte externo, diui-
ſus in cauſa religionis partim à diſſenſione ci-
uili, partim à violẽtia externi hoſtis ſibi dupli-
cari experitur deſerto ſuo Deo. Multis enim
incurſionibus, direptionibus hoſtilibus & tã-
dẽ captiuitate miſerè vexatus in omnes fines
terræ diſpergitur, pœnitens ſuæ libertati reſti-
tuitur. Sed cùm in poteſtatẽ Romani Iudaica

gens redacta eſſet, ſuíque amplius non eſſet iuris, Dei filius extremam illius crudelitatem ex
In chatech. ma.ca. 28. perturus (etſi iam in prophetas armata fuerat, in eóſque deſæuierat) periti medici inſtar qui Apoſtemati non niſi in ſummo tumore ſuo exiſtenti medicamentum adhibere ſolet, vt ait D. Gre. Nyſſ. cùm ſupremũ ſuæ malitiæ & obſtinationis apicẽ attigiſſet, extremo morbo extremum adhibiturus remedium, & pro illis moriturus qui prophetas iam perſecuti erant, quoſque ſciebat & ſibi & Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum perpetuò inſidiaturos quod faciens in totius generis humani ſalutẽ.

{ miraculoſè naſcitur
de virgine
à ſolis credulis agnoſcendus.

Miraculoſe naſci dicitur quia in tẽpore pa-
l. 9. ca. 50. cis vniuerſalis, qualis nuſquã antea viſa legitur, ex Niceph. Call. quemadmodũ enim (vt ait Beda) naſcens de virgine Dei filius, virginitatis ſibi decus oſtendit eſſe gratiſſimũ, ita pacatiſſimo tẽpore ſeculi procreatur, quia pacẽ quęrere docuit & pacis ſectatores inuiſere dignatur. Nullum autẽ potuit maius eſſe pacis indiciũ, quã vna totũ orbẽ deſcriptione concludi, cuius moderator Auguſtus tanta duodecim annis circa tempus dominicæ natiuitatis pace regnauit vt bellis toto orbe ſopitis prophetæ præſagiũ ad literã videatur adimpleſſe, Vnde habet textus Lucæ *factum eſt in diebus il-*
Ho. 8. in Euang. *lis.* Nec caret hoc ſenſu myſtico, ait enim D. Gre. Papa, myſticè naſcituro domino mũdus

deſcribitur, quia ille apparebat in carne qui *l.2.in.Luc.*
ſuos electos aſcriberet in æternitate. In illa au- «
tem deſcriptione tenebantur omnes ire in ſuã «
ciuitatẽ vt profiterẽtur: Vbi ex D. Amb. pro- «
feſſio ſingularis ſpiritualem ſignificabat, non «
terrarũ regi dicãdam, ſed cœli: profeſsio enim «
iſta fidei (inquit) cenſus animorum eſt, quia «
abolito cenſu ſynagogæ vetuſto, nouus cen- «
ſus Eccleſiæ parabatur. denique vt ſcias cen- «
ſum non Auguſti eſſe ſed Chriſti, totus orbis
profiteri iubetur: Quis autẽ poterat totius or-
bis profeſsionem exigere niſi qui totius orbis
habebat imperiũ? Non enim Auguſti ſed Do-
mini eſt terra, qui verè Auguſti (vt ait Beda) vo
cabulũ adimpleuit, vt puta ſuos & augere deſi-
derans & ſufficiẽs augere: ſed et myſticũ aliud
hæc deſcriptio ſignificat ex Theoph. dũ enim
fit ſub vno Auguſto naſcẽte Chriſto ſignifica-
tur cõueniẽs fuiſſe vt per Chriſtũ naſcẽtẽ cul-
tus multorũ deorũ deficeret & unus Deus co-
leretur: & Orig. ait in totius orbis profeſsione *Ho.11.in*
oportuit deſcribi Chriſtũ, vt cum omnibus *Luc.*
ſcriptus ſanctificaret omnes, & cũ orbe relat⁹
in cẽſũ cõmunionẽ ſui præberet orbi. In hac
pręterea profeſsione (ex D. Am.) aduertẽdũ eſt
cẽſũ iuſtitiæ innui, hęc enim (inquit) prima eſt
profeſsio mẽtiũ domino cui omnes profitẽtur
nõ pręconis euocatione ſed vatis dicẽtis: *Om-
nes gẽtes plaudite manib⁹* & in Ioſeph iuſtitia, ſiqui
dẽ iuſt⁹ interpretatur, in Maria, virginitas intel *Pſal.46.*
ligitur, ille qui verbũ carnẽ factũ ſeruaret, hæc

quæ pareret. Ciuitas porrò ad quam profitendi gratia omnes ibant, nobis moraliter eſt patria beata ad quam creſcentibus quotidie virtutibus ire debemus: Quotidie autem ſancta eccleſia ſuum comitata doctorem de rota mũdanæ conuerſationis (quod Galilea ſonat) in ciuitatem Iuda ſcilicet confeſſionis & laudis aſcendens, cenſum ſuæ deuotionis regi æterno perſoluit, quæ in exemplo B. Mariæ virginis concepit nos virgo de ſpiritu. Quæ alij quidem deſponſata ab illo fœcundatur, dum pręposito ſibi pontifici viſibiliter iungitur, ſed inuiſibilis ſpiritus virtute cumulatur, indicans, ipſo nomine quod inſtantia loquentis magiſtri nil valet niſi augmentum ſupęrni iuuaminis, vt audiatur, acceperit: Atque hæc eſt expoſitio moralis profitẽtiũ loci profeſsionis & laboris viæ, ex Beda: hyſtoria autẽ ſic habet: Cùm de Nazaret veniſſent in Bethlehem ciuitatẽ profeſſuri Maria & Ioſeph, peperit Maria filium ſuũ: hic partus, virginis innuitur ne de peccati maledicto natus filius Dei dicatur, qui ſi filius irę fuiſſet vt reliqui hominum, nequaquam redemptor humani generis eſſe potuiſſet (ait Hyldephonſus Toletanus.) De Mariæ autem perpetua virginitate hoc tenent Mahometani teſte Calcondyla, eam abſque vlla copula carnali Chriſtum concepiſſe & peperiſſe, quod ſi (quia naturæ legibus pugnat) abſurdum eſſe quiſquam putet, ſciat ex D. Aug. ad Euodium, ſi huius conceptus & partus ra-

Initio li. de perp. virg. Mariæ.

l. 3. de rebus turcicis.

Epiſt 3.

tio exquiratur eſſe mirabile, ſi exemplum, eſſe ſingulare, neque enim ratio conceptionis naturalis in vtero poterit exponi vtpote ratio compactionis oſſium in matris vtero: vermis (inquit) intra pomum virgineo conceptu formatur: de cinere eſt Phœnix (ait Cyrill. Hier.) *Catech.* 18.
in corporibus etiam hominum naſcuntur vermes: herbę item ſine ſeminibus concipiuntur: Aranea item ſine ſui commixtione producit, & propter honorem filij Dei non poterit virgo concipere & parere? huic propoſito reluctatur Conſtantinus Copronymus ex Suida, qui honorandam tandiu matrem Chriſti ait quādiu eum ſuo geſtat vtero, pòſt autem eam quaſi vnam cæterarum mulierum cenſeri debere: & Neſtorius, qui Mariam non Deiparam ſed hominiparam vel chriſtiparam appellandam cenſuit ex Euag. *l.* 1. *c.* 7.
In errorem etiàm turpiter lapſi ſunt Iouinianiſtæ diſputātes de hoc conceptu & partu, dicentes Mariam pariendo fuiſſe corruptam, quod idem aſſeruerūt Bucerus & Molineus in 3. partem vnionis Euangel. Vbi dicunt Ieſum naſcentem adaperuiſſe vuluam Mariæ: huic errori longè antè occurrerat D. Aug. ex his verbis Pſal. 22. *tu extraxiſti me de vtero matris meæ*, ex quibus ait colligi partum virginis ſeruata tamen mirabiliter eius virginitate & Ambr. dum ait, ſcriptum eſt Eſa. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium*; ad quæ verba ſubiungit, non tantùm concepturam ſed & parituram dicit; ad calumniam autem & *Eſa.* 120. *Epiſt.* 81.

blaſphemiam reſpondit apud Socratẽ popu-
l.7.c.32. lus Conſtantinop. de quo hæc ait Socrates in hyſtoria. Anaſtaſij verba (inquit) omniũ animos tam laicorum quàm clericorum magnopere cõturbarunt: Nam iam olim dedicarant Chriſtũ verè Deũ eſſe, & nequaquam propter incarnationis myſteriũ, tãquam ſolum hominẽ à diuinitate ſeparatum: in quibus verbis Cleri & populi totius Conſtantinop. Catholicã fidem ac teſtimonium intueri licet: ex quibus colligimus, prophetia habet virginem cõcepturã & parituram, in ſymbolo Apoſtolico perhibetur Chriſtus natus de Maria virgine, fides catholica talis eſt, talẽ proteſtatur clerus & populus Conſtantinop. cõtra Anaſt. in hac ergo fide permaneamus. Ad ſigna quibus decoratur hic virgineus partus deueniamus: nocte naſcitur Chriſtus, & virgineo partui teſtimoniũ perhibet lux quæ noctem illuminauit ac verè conuertit in diem, túncque adimpletũ
Pſ.13. eſt hoc dauidis: *Nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius ita & lumen eius.* ſecus enim nox ipſa per ſe triſtis eſt iuxta illud venit nox quãdo nemo poteſt operari Ioan.9. & Matth.26. *omnes vos ſcandalum in me patiemini in iſta nocte,* Lux itaque quæ affulſit tunc, magnum gaudium annunciauit. Nam ſi tenebras palpabiles Ægyptiis immiſit Deus in pœnam, cur non æqua facilitate tenebras noctis in lucem in aduentu ſui filij conuertat? Signo alio virginis partus mirificè decoratus fertur in hy-

ſtoria Eccleſiaſtica Niceph. Callixti: ſic enim ait,eo tempore Cæſar Auguſt. quamplurimis rebus fœliciter geſtis clarus, primus ipſe monarcha renunciatus proue&iore iam ætate ad oraculum Pythij Apollinis venit: & ſacrificio omnium maximo quod Hecatombe dicitur Dæmoni oblato, quæſiuit quiſnam poſt eum Romanū adminiſtraturus eſſet imperium: at cùm nullum ederetur reſponſum, alterum quoque adiecit ſacrificium, denuóque rogauit: Quid ita oraculū pluribus verbis vti ſolitum nunc tandem obticuiſſet? tum illud parua interpoſita mora ad hunc modum reſpondit. *l.1.c.17.*

Me puer Hebræus diuos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede iubet, triſtémque redire ſub orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Quo reſponſo accepto, Cæſar Romā reuerſus, ibi in Capitolio aram maximam extruxit cum hac Latina inſcriptione: *Ara primogeniti Dei.* Atque hoc eſt ſecūdum ſignum quo cum Natiuitate Chriſti decoratur virgineus partus, adiicit Oroſius, è taberna meritoria in tranſtyberina regione ex terra oleū erupiſſe, fluxiſſéque toto die ſine interuallo, Chriſti gratiam gentibus portendēdo: Narrat inſuper Augu. eo die mandaſſe, ne quis ſe Dominū deinceps vocaret, diuinātem (credo) verum principem orbis terrarum ac mundi totius natum eſſe. Huc pertinet & huic natiuitati perhibitum teſtimoniū Angelicū in quo hoc notat Beda, *l.6.c.22.*

nuſquam in tota veteris teſtamenti ſerie reperiri Angelos (qui tam ſedulo apparuere patribus) cum luce apparuiſſe, ſed hoc priuilegium recte huic tempori ſeruatum eſſe, quando, vt
Pſ. 111. ait Dauid. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde:* vnde D. Ambr. Ex vtero funditur, ſed coruſcat à cœlo: in terreno diuerſorio iacet, ſed cœleſti lumine viget. Aduerte autem hîc, non quibuſlibet ſed paſtoribus angelos cum luce mirabili, ad annunciandam filij Dei na-
l. 2. in Lucã. tiuitatem apparuiſſe: ait enim D. Ambr. videte quemadmodum diuina curia fidem aſtruat: Angelus Mariam, Angelus Ioſeph, Angelus paſtores edocet: & (vt ait D. Chriſoſt.) Ioſeph quidem in ſomnis apparuit Angelus, paſtoribus autẽ viſibiliter quaſi rudioribus: non autẽ fuit Angelus Hieroſolymã, nõ requiſiuit Scribas & Phariſeos, erant enim corrupti & præ inuidia cruciabantur, Sed hi erant ſynceri, antiquam cõuerſationem patriarcharum Moyſi colentes: eſt autem ſemita quædam ad philoſophiam perducens, innocentia: facit & hæc circunſtantia plurimum ad Chriſti cõmenda-
Sermon. de Natiuitate Chriſti. tionem dicente Maximo. Si tibi panni quibus infans Chriſtus inuoluitur, fortaſſe vileſcunt, Angelos collaudãtes admirare: Si præſepe deſpicis erige parumper oculos & nouã in cœlo ſtellam proteſtantem mundo natiuitatem dominicam contuere. Si credis vilia, crede mirifica: Si de his quæ humilitatis ſunt diſputas, quæ alta ſunt & cœleſtia venerare:

ad humilitatem naſcentes præterea facit animalium duorum præſentia ſúntque Bos & Aſinus à quorum ſolo halitu calefit infans: Aſinus oneriferum eſt animal, in Chriſto Aſini comparatione immenſam vim & potentiam ſpectamus qua inſuportabile iniquitatum noſtrarum onus portauit, crucem ſcilicet & dolores quos patiens pro nobis ſuſtinuit: in boue verò ex ſignificatione nominis primum hoc ſpectamus & accommodamus Chriſto: dicitur à verbo Græco βῶ. quod eſt nutrio, & Bos arator nomen inde habet quia nutrit, qui certè eũ qui ſe nobis in cibũ daturus erat præſignificabat myſterio, quíque noſtras animas verbo vitæ, id eſt doctrina cœleſti refecturus venerat: iugum bouis aratoris, iuſtitiam deſignat, quia (vt ait Pierius) diuinæ literæ per bouem eum intelligunt qui iuſtitiæ iugum trahit & bonis iuſtitiæ operibus iugiter intendit, iuxta illud *non alligabis os boui trituranti*: hoc enim in ſacris, eſt bouem offerre, ſicuti ouem, à malis abſtinere: inde, ex Heſichio pleríſque in locis ſacræ ſcripturæ, pontifex, id eſt doctor prohibetur ad archam teſtimonij aſcendere, quouis tẽpore, id eſt ad ea quæ attingunt incarnationem Chriſti, quia vt eorum fides ſalutem affert, ſic periculum inquiſitio. Bos laborioſus eſt, in eóque Apoſtoli intelliguntur, à perarato vniuerſo orbe vomere legis, præfigurati in 12. bobus qui Lauacrum aheneum in veteri lege ſuſtinuiſſe

l. 3. Hieroglyph.

1. Cor. 9.

leguntur qui ea parte qua apparebant, aperta
paſtorum opera deſignabant, latentibus verò
poſterioribus, ea quæ in paſtoribus eccleſiæ
latent iudicio Dei reſeruandã ſignificabant. In
boue denique immolationi apto ex veteri le-
ge Chriſtus ad nouam inſtituendam immolã-
dus intelligi poterat: Porrò boui conferun-
tur in veteri lege Iudæi in portãdo iugo, quia
ceremoniis craſſitiei ſuæ conuenientibus ad-
dicti fuerũt, Nos verò in lege Euangelica quæ
libera eſt, in eodem etiam ſignificamur, quia
cùm iis Ceremoniis non ſimus addicti, porta-
Matth. 11. mus iugum ſed ſuaue & leue: itaque in his
duobus animalibus boue & Aſino etiam
Chriſti naſcentis humilitas deſignatur, quæ
Angelorum teſtimonio, voce, & luce mira-
bili decoratur, qui (ex Euſeb. Emiſſeno) prius
credunt quàm videant, iuxta illud *niſi credide-*
Eſa. 7. *ritis non intelligetis*: Credunt enim vnionem
hypoſtaticam verbi & hominis, atque hoc
eſt quod ait Cyrill. quod in medio duorum
animalium ponitur, id non ad naturam ſed
ad hypoſtaſim pertinere: ídque patet ex his
prophetæ verbis ad arguendam ſuper hoc ho-
minum incredulitatem pertinentibus, *cogno-*
uit bos poſſeſſorem ſuum & Aſinus præſepe Domi-
ni ſui, Iſrael autem me non cognouit: vigilantibus
porrò paſtoribus teſtimonium natiuitatis
Chriſti perhibetur, quos & claritas Dei cir-
cumfulſiſſe dicitur, quia illi præ cæteris ſubli-
mia videre merentur qui fidelibus gregibus

ſolicitè præeſſe ſciunt: dúmque ipſi piè ſuper gregem vigilant diuina ſuper eos gratia latius coruſcat: quod clariùs Beda his verbis ſignificat: in paſtoribus illis gregum, doctores ac rectores fidelium animarum ſignificantur: in nocte cuius vigilias cuſtodiunt, pericula tentationum intelliguntur à quibus ſe ſuóſque cuſtodire non deſiſtunt. Quódque nato Domino paſtores ſuper gregem vigilant myſticè ad Chriſtum refertur qui de ſe dicebat *Ego ſum paſtor bonus*: tempus enim immi- nebat quo Oues ſuæ quæ diſperſæ erant in gregem ſuum erat reducturus. Quódque in luce veniunt Angeli, futuram per Chriſti aduentum, hominum credulitatem & fidem oportet intelligi, cùm enim ante Chriſtum parum vtilitatis hominibus ſuæ cuſtodiæ commiſsis afferrent Angeli: vix enim, vt ait Orig. aliquis vnus ex ſingulis gentibus credebat in Deum, nunc autem populi accedunt ad fidem Ieſu. Ac & vnus Angelus nato Ieſu teſtimonium perhibet, & multi. vnus natum indicauit, & ſigna declarauit quibus id verum deprehenderetur: ac ne illius parua videatur authoritas, ſtatim multitudo adeſt cœleſtis militiæ, duci potenti in prælio ad debellandas poteſtates aëreas humiliter obſecundás, ipſo poteſtates cõtrarias ne mortales tantũ tẽtare valeant quantũ vellent fortiter armis cœleſtibus deturbaturo. Olim enim ad puniendum Angeli mittebantur, puta ad Sodomitas, ad

D. Gre. Ho 8. in Euang.

Io. 10.

Ho. 11. in Luc.

Iſraelitas,ad Dauid,nunc verò ad fauſtum fœlíxque nuncium promulgandum verbi nempè incarnati, cuius gratia & Deo gloriam canunt, & hominibus pacem per quos ſuum numerum gaudent impleri quorum iuſtitiam prędicunt per Chriſtum in terris regnaturam, dum non quibuſlibet ſed bonæ voluntatis hominibus pacem annunciant:quia (ex Orig.)pax quam non dat Dominus ſuper terram non eſt pax bonæ voluntatis, quia ad bonam voluntatem pertinet iuſtitia vt ait D. Aug. Ad obſeruationem autem morum pertinent acta à Maria virgine in hoc partu, Primùm ſtatim ac peperit,adorauit infantem, de quo ad ipſam cognata dixerat *beata quæ credidiſti*,ſic & nos quem venerabantur bos & aſinus, & quem in præſepio anhelitu ſuo calefaciebāt adoremus, quia venit vt ſupremus medicus ſuppleturus quod in cuſtodia & cura hominum perficere non poterant Angeli, ait Orig.Pannis eum ſola inuoluit quorum vilitate tecta eſt primorum parentum ſuperbia quam ex ſuggeſtione Sathanæ ſibi imperare paſſi erant vt ab initio ſuo prius facere agnoſceretur quàm docere: reclinauit enim in præſepio,vt patientiæ ac paupertatis ſuæ teſtimonium ab initio ſuo nobis exhiberet Chriſtus: Quæris fortè ſi rex erat,vbi Thronus?vbi aula regia?Vbi familia?Aula eſt ſtabulum,Thronus,pręſepium,familia bos & aſinus: eum lactauit & educauit, ſempérque illi aſtitit: hic

Ho. 13. in Luc.

l.1.de tri.c. 13. & 14.

Ib.

meditatur Aug. quæ lectorem ad gratiarum actionem, & ad ſanctas de abrenunciando pompis ſecularibus cogitationes pertrahant: væ vobis diuites (inquit) qui ſic in diuitiis cõſolationem veſtram habetis vt nõ mereamini habere cœleſtem: Quàm multi enim nobiles ſecundum carnem, quàm multi potentes, quã multi ſapientes huius ſeculi, hora illa in ſtratis mollibus quieſcebãt, & nemo eorum dignus habitus eſt nouam videre lucem, ſcire magnum illud gaudium, angelos audire cantantes *Glòria in excelſis Deo*, agnoſcant igitur homines quia qui in labore hominum non ſunt, viſitari ab Angelis non merentur. Agnoſcant quàm placeat ſupernis ciuibus labor cuius ſpiritualis intentio eſt, quando quidem & eos qui pro victu corporis corporali vrgente neceſſitate laborant ſuo dignantur alloquio, & alloquio tam fœlici. Nimirum humanam in eis agnoſcunt ordinationem qua conſtituit Deus vt in *ſudore vultus ſui veſcatur Adam pane ſuo*. Ex his beneficium redemptionis noſtrę memoria repetemus in eo fœlici partu quo naturæ regula ignoratur, & ſolus Deus ſuſpicitur: naſcentis paupertatem, & matris humilitatem ac obſequia animo reuoluamus. Angelico nuncio paſtores peruigiles huius natiuitatis cum gaudio certiores factos demiremur: in Maria virgine continentiam, & in Ioſeph iuſtitiam nobis amplectendam proponamus: ſupplantatam in humilitate naſcen-

Serm. 3. de Natali domini.

Gen. 3.

tis,viuentis & morientis Chriſti, Diabolicam ſuperbiam, omnia quæ hoſtis noſter contra Deum iniit apud ſe conſilia vt reparationem ruinę Angelicæ impediret,peruerſa per Chriſtum ſic gloriemur,vt nato pro nobis & paſſo Chriſto hîc gratias agentes, in cœlis cum ipſo ſine fine (poſtquam ei hîc compaſſi fuerimus cum beatis regnemus quod nobis præſtare dignetur Pat.fili. & ſpiritu.

IN DIE SANCTI STEphani. Homilia.

Act.6.&7 *Stephanus plenus gratia & fortitudine,faciebat ſigna & prodigia magna in populo.Cùm autem eſſet plenus ſpiritu ſancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei & Ieſum ſtantem à dextris Dei , & ait . Ecce video cœlos apertos & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.*

COnſcientia integra & ſana vilipendit hominum maleuolorum verba, ſi quando enim offendatur Deum vltorem habet iniuriarum quas ſuſtinuerit, ex hoc dauidis: *Qui cuſtodit veritatem in ſeculum ſeculi facit iudicium iniuriam patientibus*, in quę verba ait
Pſal.145. D.Hiero.non eſt caduca cogitatio in regnum cœ-

cœlorũ ſperare, ſperatur enim adiutor in quo *Pſal.115.*
dolus non eſt cùm ſit *omnis homo mendax*, ſcribitur autem facit iudicium iniuriam patientibus, non autem, moleſtiã patientibus, quia, vt ait D. Aug. nõ omnis moleſtia eſt iniuria, quia non quod iure pateris iniuria cenſeri debet: latrones enim, ſcelerati, malefici, effractores, adulteri, corruptores, omnes patiuntur multa mala, ſed nulla eſt iniuria: aliud eſt pati iniuriã, aliud pati tribulationem, aut pœnam, aut moleſtiam, aut ſuppliciũ. Conſidera vbi ſis, quid egeris vide, quare patiaris vide, & ibi vides quid patiaris: ius & iniuria contraria ſunt, ius enim eſt quod iuſtum eſt, neque omne quod ius dicitur, ius eſt. Vide ergo quid feceris non quid patiaris. Si ius feciſti, iniuriam pateris: ſi iniuſtitiam feciſti ius pateris. Non ergo ſe extollant hæretici quando fortè aliquid patiũtur ex iuſsionibus principum terrenorum: non ſe numerẽt inter eos qui iniurias patiuntur, nec dicant, Ecce pſalmus conſolatur me, Ego Deum colo qui *iudicium faciet iniuriam patientibus*. Rectè quæro vtrum iniuriam accipias, ſi ius feciſti, iniuria eſt quam pateris: eſt ne enim ius exufflare Chriſtum? rebelli ſuperbia erigere altare? parcentibus perſecutoribus tunicæ Chriſti, eccleſiam Chriſti conſcindere? ſi hoc ius non eſt, quidquid pro hoc pateris ius eſt, non ergo es de his qui patiuntur iniuriam: dicis, legi in ſcriptura, *Beati qui perſecutionem patiuntur*, quid hoc manifeſtius? quid *Matth.5.*

hinc incipis tibi arrogare: ne dicas ego ſum, ſequitur enim, propter iuſtitiam: Si enim vnum hominem damnaueris cuius cauſam neſcis, audes dicere te tenere iuſtitiam? aut ſiquid pro hac re paſſus eſſes, iniuriam nominares? erigis te in temerarium tribunal cordis tui, vnde præcipiteris, & audes ferre ſententiam de homine cuius cauſam neſcis? hoc ſi de vno homine faceres, eſſes iniuſtus, facis hoc de toto orbe terrarum, & iuſtus es? quæ eſt enim quæ patitur iniuriam niſi eccleſia Catholica quæ tot ac tanta patitur? inter tot ſcandala hæreticorum gemit, & videt per malas ſuaſiones & fraudes rapi de gremio ſuo infirmos, paruulos pertrahi per neſcio quæ ſecreta malorum ſpeluncarum rebaptizari, exufflari in eis Chriſtũ, occidi in eis non mortale illud ſuũ quod homines ſunt, ſed illud quod in æternum victuri ſunt: ſuadetur homini dicere non ſum Chriſtianus, & iuſtitia vocatur, vel vi contra eũ agitur vt dicat nõ ſum Chriſtianus: ita ſiue hoc ſiue illo modo dicat homo non ſum Chriſtianus, perdidit iam vitam, & in eo non amplius homo agit, ſed cadauer: hęc in anguſtiis B. Stephani videamus,

ex B. Stephano { Iuſtitiam perſecutio ſequitur
perſecutionem gloria comitatur }

Primùm quidem ſciendũ vnde fuerit occaſio perſecutionis Steph. fuit autẽ ex eo, quod Diaconus electus, dum ſuo officio probè fun-

geretur Iudæorum incurrit inuidiã, eſt enim virtuti inuidia comes: de eius autẽ ad diaconatum vocatione hoc ait B. Clemẽs: poſt aſſumptionem Chriſti (ait) oblata ſecundũ eius inſtitutionem ſacrificio pure & incruento, conſtituimus Epiſcopos, presbyteros, Diaconos numero ſeptem, è quibus vnus erat Steph. in amore erga Deũ nobis non inferior, qui officiis quę Diaconiæ non cõueniunt nunquã eſt vſus, ſed vſque ad finem, Diaconiæ ordinẽ ſeruauit: ideò cæteris præpoſitus fuit Diaconis: ſic enim de eo aiunt D. Chriſ. & Oecumenius: vide quomodo in illis 7. Diac. vnus aliis præferebatur & primatũ habebat: Nam quãuis cõmunis ordinatio eſſet omniũ, attamẽ ille maiorem ſibi conciliarat gratiam, & vt ait Oecumenius. Ante illud tẽpus nullũ fecerat ſignũ: at vbi manifeſtatus eſt, vt oſtendatur nõ ſufficere ſolam gratiam, ſed opus etiã eſſe ordinatione, vt ſpiritusſ. augmentũ fiat, qui ante electionem nec ſatis cognitus erat nec prodigia faciebat, vbi per electio nẽ cognitus eſt, donũ quod per electionem cõſecutus erat, in eo demõſtrabatur. atque ab eo tẽpore in ipſo comprobatum eſt ſicut (teſte D. Grego.) Nyſſeno. Ignis idoneam materiã nactus, ſublimem flãmam tollit & ſplendidiorem lucem efficit, ita ſpiritusſ. ex magno Steph animo clariores gratiæ emittebat radios, & ſicut in certaminũ ludis qui nudi præliantur & vincunt aduerſariũ, præmia victoriæ ferunt, ſic cunctis conatibus

Lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap vlt.

Ho. 15. in acta apoſto.

hoſtium ſpretis,illuſtrem in omnibus victoriā reportauit,falſam enim hoſtium ſuorū ſapientiam vera ſapientia ſuperauit, metum dicendi libertate:comminationem,deſpiciētia crudelitatem,beneficentia:mēdacium,veritate:quæ omnia ei diuinitus data eſſe cōſentaneum eſt ex eo, quod Diaconus factus, in ſuo officio obeundo ſic ſe habuit, vt nihil quod ei non

Nu.3. conueniret, agere præſumpſerit: agnoſcebat enim ſicut olim leuitæ ſacerdotibus ex ordine Aaron,ſic in Euang.lege Diac.ſacerdotibus ſubſeruire debere,omnéſque eccleſiæ miniſtros in ſuo ordine conſiſtere debere. Quæ omnia dum facit,materiam dat perſecutioni, ſiquidem ſcriptura dicit *fili accedens ad ſeruitutē*

Eccl.2. *Dei,para cor tuū ad tentationē*,ſicque militans ec-

Gene. 4. cleſia quæ incipiētibus ſacrificiis legis naturæ

Nu.11. & 16. in Abel,&legis Moſaicæ in ipſis Moyſe & Aarone perſecutionem ſuſtinuerat,in lege etiam Euang.in Chriſto Domino,in Apoſt. & in B. Steph.quemadmodum & in ſuperioribus oc-

Pſ.128. caſionem habet dicendi *ſæpe expugnarunt me à iuuētute mea*, nempe primū in Abel cuius ſacrificium Deo gratum, non autem ſuum videns Cayn,in eum deſæuit, & poſtea egreſſus legitur à facie Domini ſibi per omne tempus diffidēs,idcóque ciuitatem nomine Nayda, poſt autem Enoa à ſuo filio Enos extruxit,vbi rapinarum faciendarū magiſter fuit,mēſuras & pondera inuenit,& terminos agris figere docuit,oblita priùs aſſueta ſimplicis vitæ forma,

vt ait Ioſeph. vnde D. Aug. ciuitatem diabolicam Dei ciuitati opponens, eius initiũ ab ipſo Cayn ducit, cuius reprobationem vel ex eo cõuincit, quòd eius tota poſteritas diluuio abſũpta eſt anno à mundo condito 1656. qui vel ex eo apertè cõuincitur Dei & eccleſiæ contemptor, quòd omnium ſectarum matrem Barbariſmum induxit, id eſt cõſuetudinem viuendi iuxta propriæ voluntatis prærogatiuã, abſque principe, abſque cõcordia: cõtinuatur hæc eccleſiæ Dei expugnatio à tempore Noë in tribus, Cham, Chus, & Nemroth (ait Ioſephus) quorũ tertius Caynũ imitatus ædificauit Babylonẽ, dixit hominem nõ Deo, ſed propriæ virtuti fœlicitatem tribuere debere: homines ad ſe pertrahens illis pollicebatur opem cõtra diluuium. Chus, primus contra Dei voluntatẽ turrim ad omnium hominũ (quos in vniuerſum orbẽ diſpergi iubebat Deus) habitationẽ ædificandam ſuaſit: Cham verò illuſor patris fuit, ideò cum ſua poſteritate maledictionem ſenſit. Ab Abraham, Eſaü, qui primo geniturę iure excidit, fuit hæreticus: ius autem primogenituræ erat à Noë ad Aaron (ex D. Hier.) vt primogeniti ſacerdotes eſſent quod pro lenticula vendidit qua ventris ingluuiem expleret, & deſpexit Eſaü. Sub Moyſe hæretici fuerunt Dathã Chore & Abyron (ait D. Ignatius:) ſub eiuſdẽ lege hæreticus quoque fuit Hieroboã per quem regnũ quidem nõ autem religionẽ diuidi iuſſerat Deus (vt ait D. Aug.) atque per

l. 1. ant. iud. cap. 2. *l. 15. de ci. d. cap. 8.* *1. ant. iud. cap. 4.* *Gen. 10.* *Epiſt. ad Euagrium.* *Epiſt. 3. Ad magneſianos.* *l. de vnit. eccleſiæ.*

eũ fuit idololatria in Iſraël 4.Re.17.ca.Tranſlatis 10.tribubus Iſraël mittuntur Barbari qui Samariam incolant,à quibus ſunt ſectæ& hæ-
Secta 9.l.1. reſes ſamaritarũ ex Epiphanio:in errore etiam hunc ſecutus eſt Manaſſes cuius errores vſque ad tempora Chriſti durarũt:Chriſto oppoſiti fuerunt Phariſæi,Saducæi,ſcribæ,Iudæi,& Samaritani.HincChriſtus prędixit multos pſeudoprophetas poſt ſe venturos per Sathanam
2.Cor.11. *transfigurantẽ ſe in Angelũ lucis*:ſic partim à perſecutoribus(in quibus etiã 10.imperatores numerantur)partim & ab hæreticis, perſecutionem ſemper à ſuo initio ſuſtinuit eccleſia,quæ hodie in B.Steph.patitur,qui quanto feruentiore zelo Iudæis iniquitates ſuas & patrum annuuciat tãto eoſdẽ efferatiores reddit,ſiqui-
Ho.10.exaem. dẽ eſt ira cane efferatior, vt ait D. Baſil.atque hoc eſt quod de ſanctis,ſpiritu prophetico di-
Pſ.39. cebat Dauid *annunciaui & locutus ſum,multiplicati ſunt ſuper numerum*: boni enim perſecutionibus ſemper fuerunt agitati dicente D.Paulo
2.Tim.3. *oportet omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiantur*. ſi enim non à bello aut
l.50.Ho.10. martyrio,ab hæreticis ſemper patitur dicente D.Aug.quid,quando pax eſt quando prouinciarũ iudices honorãt eccleſiã, quando inimicos reges eccleſia non patitur, quando omnes leges pro ipſa ſunt, quomodo qui piè viuunt perſecutionẽ patiũtur?quare?quia omnes mali perſequũtur bonos,nõ ferro & lapidibus, ſed vita & moribus. Sic enim Loth perſecutionẽ

patiebatur in Sodomis,cùm nemo illi infeſtus eſſet: omnis enim qui iuſtus eſt, quando videt aliquos malè viuere,luxuriæ ſeruire, iuſtitiam non tenere,ſuperbiã ſectari, charitatem contemnere,affligitur &contriſtatur. Sic promouetur qui perſecutionem patitur, ad gloriam, vnde D.Amb. fortaſſe cùm perſecutiones nõ patimur, tanquã condemnati habemur,quia nequaquam volumus piè viuere in Chriſto: cũ enim ſit rectè definita ſententia D.Pauli,videtur is qui perſecutiones nõ patitur, abdicatus quod nõ ſit piæ intentionis in Chriſto: deuotionem etenim fidei prælia perſequũtur: ſi deſint certamina, vereor ne deſit qui certare deſideret: cùm autẽ dicit Dauid ib. *omnia mandata tua veritas*; quæ mandata niſi hæc, *Si me perſecuti fuerint, & vos perſequentur.* Sciebat Dauid ſolam perſecutionem ad gloriam ſibi fore fructuoſam: cito enim langueſcit fides inexercitata, & crebris otioſa iactatur incõmodis: aſſuetũ bello virũ externa fraus inſtruit & glorioſæ prouehit palma victoriæ: pax ergo, fidei corruptelę materia eſt,periculoſa pacis otia,in pace plures perſecutiones eſſe cœperunt: nullus erat tempore perſecutionis adulator, qui callida adulatione mentem tentaret: Non vacabat animo corporis delectatione diſſolui &huiuſmodi quæ ſecundis rebus ſolent excitari paſſiones admittere. Ideo Apoſtoli cùm cæderentur & includerentur exultabãt, quòd illis iniuriis, æternę glorię meritum

Conc. 11. *in pſ.* 118.

Ioan. 15.

lucrabantur qui digni fuerant pro Chriſti nomine iniurias ſuſtinere. Non illis erat cura de patrimonio, non de poteſtatibus & honoribus, non de prælatione, ſed ille ſe præferri putabat qui pluribus verberibus erat flagellatus.

Ibid. Ideo ait Dauid, *iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me*, quæ verba iuſtè dicit qui pro fide, pro iuſtitia, pro caſtitate perſecutiones patitur. Gaudet itaque B. Stephanus concionem habens ad populum incredulum, conſiderans quia *meſsis eſt multa, operarij verò pauci*, ſed maximè exultat cùm ſibi Martyrium præparari videt, ideo eũ ſplendidũ in facie quaſi vultum Angeli vult Deus, cùm ad æquitatem cauſæ animis perſecutorum inſinuandam, tum vt ait D.

Ho. 17. in acta. Chriſo. vt illos attrahat ſplendore virtutis diuinæ in ſua facie: ſed non habitat ſpiritusſanctus vbi eſt furor: ſicut enim in tempeſtate maris magnus eſt tumultus, magnus eſt clamor, &c, nec ad tempus poteſt quiſquam Philoſophari, ſic neque in ira: hîc fortè ſplenduiſſe faciem Stephani negas: quomodo ergo

Exo. 34. de monte Sinay cornutus rediit Moſes niſi ſimilitudinem cornuum in fronte ex radiis diuinitatis adhuc in ipſo manentibus geſtans, ad idololatrarum terrorem, & bonorum conſolationem? quomodo item in transfiguratione claritas deitatis Chriſti non tantùm in eius facie ſed et in veſtimentis albeſcentibus declaratur? videt cœlos apertos, vidit & Iacob in ſomno ſcalã contingentem cœlum & terram

& aſcendentes ac deſcēdentes Angelos, in qua (vt ait. Proſper aquit.) Gloria cœleſtis ei reuelatur, Dominum enim in ipſam ſcalam incumbentem videt & dicentem ſibi, *Terram in qua dormis tibi dabo, & ſemini tuo poſt te*: D. Paulus rapitur & videt quę homini loqui non licet, in quibus viſionibus reuelationem glorię intelligi non eſt dubium. Ioannes enim Euangeliſta, ait ſe in cœlo fuiſſe non in corpore ſed in ſpiritu, vbi vidit ſedentem in throno, voces audiuit, ſenſit tonitrua, lampades conſpexit, & 4. animalia Deum laudantia, & 24. ſeniores honorem deferētes ſedenti in Throno. D. Andreas in cruce poſitus non niſi luce de cœlo lapſa circunfulſus expiraſſe legitur: ſic 40. Martyrum apud Sebaſten Armeniæ oppidum combuſtorum oſſa in fluuium proiecta, ſub aquis velut micantium ſtellarum imagines lucere viſa ſunt, & ab Epiſcopo qui ea quæſitum ierat latenter collecta, & reuerenter ſeruata ait D. Baſil. D. Hiero. corpus (cùm ſpiritum reddidiſſet) ſubita lux circumfulſit, viſi ſunt Angeli, & Chriſti vox audita quæ ad poſsidendum regnum cœli eum inuitaret. Vt eſt in 2. To. Epiſt. Aug. B. agnes virgo poſt Martyrium, parentibus ad ſepulturam ſuam excubantibus ac lugētibus glorioſa apparuit, cum ſplendido elegantique virginum comitatu, parentes ſuos admonés ne ſe velut mortuam flerent, ſed potius cum Chriſto beatè viuenti congratularētur: à ſanctarum (inquit)

i. p. de pro. & predi. c. 25.

Apoc. 1.

Apud Abd.

Ho. in 40. Martyres.

Epiſt. 105

virginum quas videtis recepta collegio, ei in cœlo iuncta ſum quem in terra poſita toto
Serm. 90. corde dilexi, hoc de ea D. Amb. ſed & longè ſenſibiliora ſigna ad reuelandam cœleſtem beatitudinem dat Deus cuiuſmodi ea ſunt
Ser. 26. de ſanctis. quæ in B. Apoſtolo Paulo demõſtrata ſunt ex D. Greg. Tur. de gloria Martyrum ca. 28. & D. Aug. vbi enim D. Pauli caput à corpore diſſectum fuit, ter per humum proſiliit, ter nomen Ieſu Chriſti inuocauit, tres fonticulos quâ ſaliendo terram contigit ſcaturire fecit, de vulnere eius Lac primò, deinde ſanguis emanauit: Quorſum autem (aiunt) tot miracula in morte ſancti huius? niſi vt hæc tam magnifica obiecta noſtris oculis penſitantes, quanto illa in cœlo magnificentiora ſint eius præmia quæ oculus videre non poteſt, cogitemus: ſic, hîc, aperiuntur cœli B. Stephano vt prægustet mercedem ſibi paratam, quod intelligendum putat Dionyſius Cartuſianus eo modo quo in Chriſti Baptiſmo leguntur cœli aperti, non vtique ait quod illa corpora incorruptibilia ſint fracta ſiue diuiſa, ſed quoniam intuentis oculum ab aſpectu habitantis in cœlo non impediebant, & forſitan ſancto Stephano aperti apparuerunt ob lucis cuiuſdam corporeæ emicationem deſuper à corpore Chriſti radiantem, ſicut in magnis coruſcationibus cœli aperiri videntur. Conſolatio autem B. Stephani in hac viſione eſt, ſedẽtem Chriſtum videt in quo omnium Martyrum

animata & roborata ſunt corda, omniumquè fidelium non parum fortificata eſt fides: porrò viſio Stephani medio quodam modo ſe habuit inter viſionem viæ per fidem, & viſionem patriæ per ſpeciem, eratque per ſplendidiſsimam quandam irradiationem increatæ æternę lucis in ſuperiori parte animæ eius, imò in apice intellectus : ex huius viſionis declaratione quaſi blaſphema (ſua opinione) Iudæi audientes, zelum Dei ſimulantes ſe habere, eiuſque iniuriam perpeti non valentes, in eum toto impetu ſæuientes, extra ciuitatē eum eiiciunt,& lapidant: quo in martyrio lapidum ictus non ſenſit, vt ait D.Amb. quod haud à Martyrio D. Laurentij longè differt, qui in Martyrio ſuper craticulam poſitus, dicebat, verſa & manduca: ſic enim & tres pueri Dan.3. In fornace ad incendium poſiti, pro flamma ignis mirificum rorem ſentiebant: hinc ſequitur morientibus, orandi pro inimicis exemplum in B.Stephano, quo ſanè verus Chriſti ſeruus eſſe comprobatur: hoc enim feciſſe legūtur in veteri lege qui Chriſtum præfigurarunt, nec tantùm oratione inimicis ſuis profuiſſe ſed officiorum charitatis exhibitione: ſic enim Ioſeph fratribus à quibus venditus fuerat tempore famis conſuluit. Sic Moyſes pro Maria ſorore ſua Deum vt eam à lepra curaret deuotiſsimè orauit: & pro conuiciantibus ac comminantibus ſibi principibus & ditioribus Iſrael orauit: Dauid Saulis Regis

Epiſt.2.

Gen.4.

Num. 12.

1. *Reg.18.*

capitale in ſe odiũ beneficiis æquauit, ſi enim voluiſſet in ſpelunca eum interfeciſſet, cùm chlamidis laciniam non ſentienti abſcidit, & cùm eidem dormienti ſub tentorio ſcyphum haſtamque ſuſtulit, & nulli cuſtodum viſus ad ſuos proſperè rediit, denique in exercitu mortuum luxit & mortis nuncium ad mortem
3. Reg. 13. adigi iuſsit: & propheta cui comminatus Hieroboam manus arefactione pœnas Deo dederat, pro eo vt ſanaretur Deum rogauit, & ſanatus eſt: Iacobum Apoſtolum memorat Euſe-
l. 2. c. 23. biana hyſtoria oraſſe pro perſecutoribus ſuis: hoc ipſum à Chriſto Domino didicerat B. Stephanus, & in oratione pro inimicis expi-
l. 3. c. 1. rauit: Itaque de eius conſtantia in morte pro Chriſto ſuſtinenda hoc habet Euſeb. Stephanus primus à Chriſto paſſus Martyriũ ſubiit tanquã ad id antea deſtinatus ab illis qui Dominum neci dediſſent: lapidibus obrutus diſceſſit è vita, obidque Stephanus, id eſt coronatus dictus eſt, quòd primus à Chriſto ςέφανον, id eſt coronam ſit adeptus. Cuius ideo dies Martyrij pro natiuitate computatur ab Eccleſia, non autem is quo natus eſt mundo, vt Chriſti quod & etiã in cæteris ſanctis (præterquam in B. Virgine deipara & Ioanne Baptiſta) vſu comprobat Eccleſia, quorum trium prædictorum duntaxat natiuitas gaudium mundo attulerit, Beatæ virginis vt quæ contra naturam paritura eſſet redemptorem mũdi, Chriſti vt ipſius ſaluatoris, Ioannis Bapti-

ſtæ, vt præcurſoris eius: de reliquis enim omnibus verè dicitur Iob.14. *Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis.* Itaque de hodierna feſtiuitate B. Stephani, ſic ait Fulgentius, heri celebrauimus temporalem regis noſtri ſempiterni natalem: hodie celebramus triumphalem militis paſſionem. Heri rex noſter trabea carnis indutus, de aula virginalis vteri egrediens viſitare dignatus eſt mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migrauit ad cœlum. Ille ſempiternæ deitatis maieſtate ſeruata ſeruile cinctorium carnis aſſumens, in huius ſeculi campum pugnaturus intrauit: iſte depoſitis corruptibilibus corporis indumentis ad cœli palatiũ perenniter regnaturus aſcendit: aſcendit iſte lapidantibus Iudæis, quia deſcendit ille lætãtibus Angelis. Mortuus ergo pro Chriſto Stephanus, ſepelitur honorificè à viris timoratis, & is in quo viuo ſpirituſſanctus prodigia ediderat, mortuus, miraculis clareſcit: de quibus conſulat D. Auguſt. ſtudioſus lector: in eo enim adimpletum eſt hoc promiſſum Chriſti Ioan.14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, ipſe faciet, & maiora horũ faciet,* ad quæ verba ait D. Cyril. Alex. Quomodo qui ex Deo natura nõ eſt, Deo ęqualiter operabitur? non enim faciet quicquam ex nihilo, ſed (ait idem) faciet ea quę Chriſtus & maiora ſi occaſio attulerit, quaſi dicat Chriſtus, ſi credideris in me facies aliquid maius, quod eſt, virtutem & poteſta-

Serm. de B. Steph.

l. 22. De ci. Dei. c. 8.

l. 9. in Io. cap. 41.

„ tem naturæ meæ, gratia quam vobis donabo, „ magis declarabo: quodcũque petieritis in no„ mine meo, hoc faciam. Iam enim exactum eſt tempus humilitatis meæ: nũc cũ ero cum Deo patre orationes veſtras ſuſcipiã, & quę petitis, vobis concedam. Diſcat ergo anima fidelis in recta conſcientia ambulare, ſe (id præſtando) ad tentationem & perſecutionem fortiter tolerandã præparare, verba & minas ac tormenta hominum cœleſti gloriæ quam patiens Beatus Stephanus prægustauit, poſtponere: vt in hac miſeriæ valle conſtanter omnes inſultus pro Dei cauſa tuenda ſuſtinẽs, Deum tandem non ænigmaticè, ſed facie ad faciem ſecura videre mereatur, quod nobis miſericorditer Beati Stephani precibus indulgeat ac cõcedat altiſſimus, Amen.

*

IN DIE SANCTI IOA. Euang. Homilia.

Dixit Ieſus Petro, ſequere me: conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & recubuit ſupra pectus eius. *Ioan.* 21.

DEus ſedulo ita ſuis conſulit vt eos nutu & ſignificatione dirigere videatur. De eo enim ait propheta, *dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant à facie arcus.* Viuentibus enim in lege naturæ (ait in aſſumpta verba D. Hieron.) ſignum ſalutis æternæ promerendæ erat fides, ſine ea enim ſaluabitur nemo: in lege ſcripta, quæ populo per Moyſem data eſt, primum ſignum fuit circuncißio de qua dictum eſt ad Abraham: *Maſculus cuius caro præputij circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo meo*: Fuit autem & alterum, contra proximum adeóque inſtans malum nempè ſanguis agni, de quo iußi ſunt Iſraelitę ante mortem primogenitorum Ægypti ponere ſuper vtrumque poſtem domorum ſuarum in quibus agnum comedere pręcipiebantur, nec nõ & in ſuper liminaribus earumdem. Sic appa-

Pſal. 59. *Gen.* 17. *Exod.* 12.

Ezech. 9. rentibus Ezechieli ſex viris qui mittebantur à Deo ad vaſtandum Hieruſalem, viro in medio eorum conſtituto qui veſtibus lineis indutus erat & atramentarium ſcriptoris habebat ad

Tr. I. contra demetrianũ renes, dicitur: *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Hieruſalem, & ſigna Tau in frontibus virorum gementiũ & dolentiũ ſuper cunctis abhominationibus quæ fiunt in medio eius.* Quod ſic explicat D. Cypr. ad paſsionem Chriſti pertinet hoc ſignum (ait) in quo quiſquis inuenitur, ſaluus & incolumis reſeruatur, ſicut in ſigno Tau, iuſſi ſunt ſeruari ab occiſione gementes & dolentes. D. Au. in eadem Pſ. 59. verba, ait. Per tribulationes temporales ſignificaſti tuis fugere ab

1. Pe. 4. ira ignis ſempiterni, dicente Petro Apoſtolo, tempus eſt vt iudicium incipiat à domo Dei, ſeruos enim Dei his verbis ad tolerantiam exhortabatur, cùm ſæuiret mundus, cùm ſtrages à perſecutoribus fierent, cùm longè latéque ſanguis, fidelium funderetur, cùm in catenis, in carceribus, in tormentis multa dura Chriſtiani, paterentur. Si ergo iudicium Dei initium habet à nobis, qualis erit finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? & ſi iuſtus vix ſaluabitur, impij vbi parebunt? laudet ergo Chriſtianus in ſuæ afflictionis tempore Deum optimum, qui futurę ſalutis ſignum dat in tribulatione per quam eum viſitat: dat & in mandatis ſuis, ſed mandatorum executio ſalutis ſecuriſsimum eſt ſignum: Primarium tamen vocationis ad vitam æternam poſsi den-

dẽdam ſignum in lege Euangelica, eſt Baptiſmus ex D. Hier. ſecũdum, operum bonorum exhibitio in qua Dei dilectio conſiſtit: hinc enim ait pſalmographus. *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea eſt*, id eſt per totum tempus vitæ meæ, ait D. Hiero. in prophetis zelus & ſcientia, in Apoſtolis conſtãtia in perſecutionibus ſuſtinendis & rerum temporalium abiectio, ſignum fuit declinandæ iræ Dei, & ſalutis æternæ conſequendæ, in populo Iudaico, voluntariè adhærere ſermonibus Chriſti, eiuſque cauſam aduerſus Scribarũ & Phariſeorum inſultus tueri: Quoties enim refert Euangelium, cùm vellent irruere, in Ieſum, eos plebem metuiſſe quæ eum pro magno propheta habebat? directionis vitæ noſtræ exemplar habemus Ioannem, *In eundem pſal.*

qui { virgo
diligit Deum viuens & moriens
et tandem coronatur.

Virginitatis enim præſertim nomine, Domino fuit commendatiſsimus, itaque cùm virtus circa id cernatur quod arduum eſt, ſi caſtitas plures habeat difficultates quàm cæteræ virtutes, eo illis erit præſtantior, & quem inſignem reddiderit, is erit commendatior. atqui (ait D. Baſil.) eum in quo ineſt vel ſolo primo aſpectu notum facit: vt enim corporis habitus & coloris bonitas pugilem à cæteris diſtinguit, ſic Chriſtianum à cæteris macilentia corporis pallórque deflorеſcens qui con- *In Reg. fu. diſp. interrog. 17.*

tinentiæ veluti comes adiunctus eſt, indicióque eſt eum Chriſti mandatorum verè pugilem eſſe, qui in infirmitate corporis aduerſariũ ſuum in lucta proſternat, & quàm potens ſit in pietatis certaminibus declaret conuenienter his verbis D. Pauli, cùm infirmor tunc potens ſum: reddidit ergo Chriſto amicum Ioannem, vt ea cęteris commẽdatiorem: Eſt enim virginitas (ex D. Ambr.) integritas expers contagionis, vel, ſecundum D. Aug. virtus qua integritas mentis & corporis Deo conſecratur, vouetur & redditur, quæ ſi inquinationem per vim admittat, nihilo erit imperfectior, ex D. Aug. lib. 4. contra Iul. C. 8. quæ cùm tanti ſit momenti ac meriti vt etiam laudabili matrimonio pręferatur, non autem æquetur (vt notat contra Iouinianum D. Hiero. & contra ſectarios Concilium Tridentinum) ſequitur vt qui eã habuerit Deo ſit gratiſſimus: in eo enim eſt incorruptio ſancta, imò portio Angelica ſecundũ Aug. Atque adeo Caſtitas humana nobilior eſt Angelica, cũ ſit ſimul mentis & corporis, & non ex natura ſit, ſed ex gratia, in pugna certet, at nõ ſine tentatione regnet: vnde cùm dicat Deus, *tenentibus fœdus meũ dabo in domo mea locum meliorem à filiis & filiabus* & ſap. 3. dicat fœlices illos qui neſcierunt thorũ in delicto, & propterea ſequãtur agnũ quocũque ierit. Apoc. 14. vnde Chriſtus Ioannẽ vnicé dilexit quòd per illam ipſi matrique Mariæ ſit aſſimilatus: ac certè per eam verè homines deiparę virgini eiúſque filio aſsimilãtur: quod ne

L. de virginibus. de virginit. c. 8.

Seſſ. 24. c. 10.

L. de virg. ca. 13.

Eſa. 56.

temere ac ſine cauſa dictum videatur, quo niſi ad caſtitatē & cōtinentiam ſua dendam referri potuit, quod Dominus de mōte Synai loquēs per Moyſem præcepit populo Iſraël antequā coram eo de Synai deſcenderet, ait enim, *eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris*. ſi enim coniugatis cōmunicari maiſtatē ſuam noluit, niſi cùm per triduū ſeſe cōtinuiſſent, quis matrimonium æquare audeat caſtitati? Achimelech ſacerdos panes ſanctificatos Dauidi iiſque qui eum comitabantur daturus, priùs rogat num à mulieribus ſeſe continuerint, cibos ſacros nō niſi caſtis etiam in extrema fame dare volens. Sic Ioël, ad pœnitentiam populum Iudaicum prouocans ac prædicens illi inſtantem vaſtationem per Caldæos, præter cætera quæ ad pœnitendum neceſſaria ſuadet, ait: *egrediatur ſponſus de cubili ſuo & ſponſa de thalamo ſuo*, continentiam indicens, vt ieiunium, precatio, & pœnitentium gemitus puriora offerantur. Quid verò quod neque Eliam neque Heliſæum vxoratos legimus, & ab iis duntaxat ante legem Chriſti mortuos ad uitam ſuſcitatos, niſi vt miraculi raritas ac magnitudo ſeruatæ caſtimoniæ teſtetur meritum? Sic Ioannem Apoſtolum quoniam virgo erat præ cæteris à Domino dilectum teſtatur Euangelium, obídque illi deiparam virginem à Chriſto commendatam, & illum matri virgini: virginitatis enim hoc priuilegium fuit:

Exo. 19.

1. *Reg. 21.*

Ioelis. 2.

tum & quòd idem Euangeliſta, Apoſtolus, & propheta fuit, & quòd in feruẽtis olei dolium miſſus illæſus manſit, & quòd in pathmos relegatus quæ in cœlo gerebantur, vidit: ait D. Hier. contra Iouinianum. hæc fuerunt virginitatis eius præmia, tum & hoc quòd eũ paſſus eſt Chriſtus recumbere ſupra pectus ſuum, & de diuinitate ſua altiùs ſenſiſſe ac ſcripſiſſe quàm vllum cæterorum Euangeliſtarum, ac penes hoc comparatur aquilæ ex 5. proprietatibus eius quas ſic deſcribit Pierius. Aquila, inquit, ex alto conſpicata piſces celerrimè delabitur & eos rapit, ex iis qui de diuinitate Chriſti ſcripſerũt, null' eſt qui magis aut apertiùs cõuincat hæreticos quàm D. Ioann. qui ſi diſſentanea de Chriſto hæreticis dicere videtur, ea dicit in quibus ipſorum temeritatis inuenitur indicium. Nam per ea ipſa Ioan. teſtimonia conuincuntur, ex quibus contrarietatis argumenta ſe poſſe putant depromere. Aquila iuuentutem renouat in illiſione prælongi roſtri ad lapidem, ſic in durorum amplexu gratiam Chriſti inimus: aquila prædam procul diſtantem mira pernicitate nanciſcitur, ſic nos regnum cœlorum hinc olfacere debemus: Aquila eſt acuto viſu, ſic Ioannes in deſcribendis abſtruſiſſimis Dei primus: aquila ponderoſo lapide nidum in altiſſimo loco firmat, ſic nos contra ventum prauæ doctrinæ firmari debemus, quæ omnia proprietatibus aquilæ conuenientia exemplo Diui

l. 1. c. 14.

l. 19. Hier.

Euſe. emiſ.

Ioannis adimplenda relinquuntur, in eius vita contemplatiua ipſius virginitatem comitata. De ea enim ſic ait D. Auguſt. duplex *Tr. 124. in Ioan.*
» eſt vita, vna in labore, altera in requie, vna a-
» ctiua, altera contemplatiua: vna in via, alte-
» ra in patria: vna quæ cum hoſte pugnat, al-
» tera quæ ſine hoſte regnat: vna ſubuenit indi-
» genti, altera ibi eſt vbi nullum inuenit indi-
» gentem, vna bona & adhuc miſera, altera
» melior & beata: illa per Petrum Apoſtolum
» ſignificata, hæc per Ioannem. De illa & de
» Petro ait Chriſtus *ſequere me*: de hac pro Ioan-
» ne ait: *ſic eum volo manere donec veniam, quid ad*
» *te?* ſequere me, id eſt per imitationem, per-
» ferendo temporalia mala, ille maneat donec
» ſempiterna venio redditurus bona: quaſi di-
» cat diſtinctè de Petro & Ioanne: perfecta me
» ſequatur actio informata meæ paſſionis ex-
» emplo: inchoata verò maneat contempla-
tio donec veniam, perficienda cùm venero: cur autem Ioannem potius quàm Petrum vita contemplatiua decorarit Chriſtus, cauſa eſt vt refert D. Auguſt. ibidem. quòd & virgo fuit, & diuitiarum contemptor, cùm eſſet nobili ſtirpe genitus (vt ait D. Hiero.) *Ad principiam.* & quòd à tenera ætate iugum Domini portauit: quibus ex verbis faciſè eius amor quo Chriſtum dilexit colligitur, quid enim amplius Chriſto vouere potuit quàm ſe totum, vouendo nempe virginitatem? quid plus præſtare potuit vt Chriſto placeret, quàm *Hieron. in Epiſt. Marcella.*

quidlibet ſuſtinere vt animas Deo lucrifacere? Act. 5. Nunquid cum coapoſtolis cæſus
l. 3. Hyſt. 14. eſt pro Chriſto? Núquid (ex Euſeb. & Ireneo) ſub Domitiano, propterea quod Dei verbo te-
l. 5. adu. hæreſes. ſtimoniū perhibebat relegatus eſt in Pathmos inſulam, vbi reuelationes vidit quas libro Apocalypſeos complexus eſt? pro tot afflictionibus quas ſponte pro Domino ſuo ſuſtinuit non omni ſolatio deſtitutus eſt, ſed domitiano mortuo, authoritate ſenatus Romani reuocatus eſt ab exilio cum cæteris innoxiis, vt
Ib. c. 17. ait Euſeb. indéque in Aſia Eccleſias erexit atque eis paſtores & ſacerdotes præfecit, vt ait
l. 2. c. 39. Ireneus. nouiſsimus omnium (vt teſtis eſt D. Hiero. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis) ſcripſit Euangelium aduerſus Cherinthum & eiuſdẽ factionis hæreticos, maximè Ebionitas aſſerentes Chriſtum ante Mariam non fuiſſe, quo quidem ea quæ à cęteris Euangeliſtis omiſſa erant, vt Chriſti æternam generationem, & quæ ante Ioan. Baptiſt. incarceratum acta erant complexus eſt, ita vt eius Euangelium reliquorum ſupplementum ab Euſebio dicatur eſt, qui igitur & doctrina & exemplo mortuas animas ſuſcitauit & lucratus eſt Chriſto, is etiam reſuſcitatione mortui Epheſi decora-
l. 5. c. 17. tus eſt, vt narrat ex Apollonio Euſeb. & qui dilectionis officio & eccleſiæ Chriſti & proximorū ſalutem promouere ſemper ſtuduerat, is morti proximus, dilectionis præceptum ſuorum cordibus firmiùs inſculpſit, dicebat

enim iis ſenio confectus, & morti iam proximus, filioli diligite alterutrum: quod cùm frequentiſsimè iteraret illíſque crebra huius exhortationis repetitione prope nauſeã afferret, ſubiiciebat, *dignam Ioanne ſententiam*, & dignam certè Apoſtolo qui cum Chriſto tãtam familiaritatem iniit, cùm dicat D. Paulus. *Si linguis* 1. *Cor.* 13. *hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans & Cymbalum tinniẽs*: Etenim quę maior dilectio quàm Abrahæ qui iuſſus proprium immolare filium non diſtulit, ſed ad opus quàm primùm ſeſe accinxit? *Gen.* 22. Heli quanquam nimium indulgens filiis, tanto tamen Dei Iſraël tenebatur amore vt à Philiſteis captam arcam audiens lapſu repentino colliſus expirarit, non de liberorum ſuorum morte concepto dolore, ſed de capta Domini archa. 1. *Reg.* 4. Quantùm autem de Archæ amiſsione doluerat Heli tantùm de eius reſtitutione lætatum Dauidem, quis non deprehendat facilè ex 2. reg. 26. An non & perfectæ charitatis in illis tribus pueris Babylonem abductis cultus viguit quando captiuitatis neceſsitatem in qua erant ſuperarunt, nunquam religionis ſuæ obſeruationem deſerentes? Leguminibus enim & frigida aqua tantũ nutriebantur, dapibus regiis (ne cibo vetito ineſcarentur, nutriri renuẽtes: ſtatuam aureã adorare iuſsi, mori præoptarũt quàm fidem præuaricari. Hinc in fornacem ſeptuplo quàm ſolitum erat accenſam, miſſos

flamma non læſit, in igneis globis illæſi manentes, laudes Deo cecinerunt, ac inde

Dan. 1. Deum Iſraël verum Deum eſſe conſtitit etiam

2. Mac. 6. ipſi regi Babylonis: Eleazarum verò quid permouit vt ſuillam carnem ſibi oblatam, etiam hortantibus amicis qui eum morti ſubtrahere volebāt, deguſtare conſtanter, vſque ad mortem recuſarit, niſi ardens in eo Dei dilectio? quid item Machabæos ſeptem fratres ita affecit, vt neque magnificis regis promiſſis corrumpi neque minis terreri potuerint? an non conſtans in Deo diligendo cor? Quid verò Apoſtolos duodecim, vt omnia ſua relinquerēt & ſequerentur Chriſtū, magis animauit quàm Chriſti dilectio? Ioannem verò noſtrum pręſertim quem veriſimile eſt in tanta Dei qua pollebat dilectione, hoc ſciuiſſe vel in ſemetipſo deprehendiſſe ac experientia comprobaſ-

In reg. fu. diſp. reg. 1. & 2. ſe, quod ait D. Baſil. Sicut nemo didicit luce gaudere aut vitam diligere aut eos charos habere à quibus genitus eſt aut educatus, ſed vnuſquiſque hæc naturaliter facit, ita cùm à Deo omnia bona procedant, nemóque id in eo natura duce non facilè agnoſcat, ſi quidem primam aliquam rerum omnium cauſam nulli alteri ſubiectam fateatur cum philoſophis, ad eum diligendum à natura ipſa dirigitur cui vt obediremus, naturales ab eo facultates accepimus. Si enim (vt ait) rerum pulchrarum naturâ appetentes ſumus, neque hoc impedit, quod inter homines de rerū pulchri-

tudine opiniones ſint variæ, quid pulchritu- «
dine diuina admirabilius? quæ notio Dei ma- «
ieſtate excogitari gratioſior poteſt? quod eiuſ- «
modi deſideriũ quis ſecũ cõminiſci queat cu- «
iuſmodi eſt illud quod animæ vitiis omnibus «
perpurgatæ diuinitus ingeneratur? adeò vehe- «
mẽs? adeò intolerãdũ? quę verè ſynceréq; illud «
dicere poſsit, *ego amore langueo?* Cùm enim ſan- *Cantic. 2.*
ctos viros huius vitę tęderet dicere ſoliti ſunt.
Hei mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, & hoc *Pſ. 119.*
quando veniam & apparebo ante faciem Dei? hoc *Pſ. 41.*
quoque D. Pauli. *Cupio diſſolui & eſſe cum Chri-* *Philip. 1. c.*
ſto: *bos cognouit ſuum poſſeſſorem & Aſinus præſe-* *Eſa. 1.*
pe Domini ſui, cur creatorem & ſaluatorem ſuũ
non cognoſcat homo? quod vt faciat vires
illi Deus cõtulit, ne aut grauatè illi pareret aut
perinde quaſi inſolens quid ſibi ab ipſo exi- «
genti néue contra cauſam haberet unde ani- «
mo efferretur, vt qui pluſquàm accepiſſet à «
Deo, ipſi cõferret. ſanéque facultates hæ eiuſ- «
modi ſunt, vt ſi his rectè & vt par eſt vſi fueri- «
mus egregiè pietatem tenentes, ei, quæ cum «
virtute coniuncta eſt vitæ ſatisfacere poſſi- «
mus: contrà ſi earum à nobis virtus deprauata- «
ta ſit, proni in uitia delabamur: quandoquidẽ «
hæc eſt vitij definitio, prauus & à præceptis «
Domini abhorrens vſus earum facultatũ quę «
boni cauſa datę nobis à Deo ſunt: queãdmo- «
dum cõtra, virtutis, quæ ex Deo eſt, eorundẽ «
vſus, bona adhibita mẽte, præcepris Domini «
conueniens. Cùm igitur præceptũ ſit nobis vt «

charitatem in Deum habeamus, in ipſo confeſtim ortus noſtri initio vim quandam nanciſcimur per quam ſponte ad ipſum diligendum impellimur, ad quod confirmandum, non ſunt argumenta foris petenda, cùm per ſe quiſque atque in ſeipſo facillimè illud poſsit intelligere, hoc per ſe ita intellexit D. Ioan. Apoſtolus, vt dilectione Dei(in qua & quæ eſt

1. *Io.* 4. proximi intelligitur)eorum quos prædicãs & ſcribens in gregem Domini adduxit ſalutem procurarit ſimiléque pręſtandi exemplũ multis dederit: idcirco amorem Chriſti erga ſe donec in hac vita vixit expertus eſt in ſuis conatibus quos ex eius ſucceſſibus Deũ proſperaſſe facilè intelligitur. Poſtquam enim tribulationibus multis fuit obnoxius cõſolationem habuit in ſcribẽdi ſtudio & in viſionibus quas in libro Apocalypſeos eſt complexus: ſed & in adimpletione promiſſi diuini non Martyrio

Contra Iouinianum. ſed ſpontanea morte ac naturali vitam Claudens, vt conſtaret(quemadmodũ ait D. Hier.) virginitatẽ non mori ſed facilè trãſire. Quod autem ei non detulit primatum Chriſtus in compenſationem ſuorum meritorum, ſed Petro quem poſt ſuam aſcenſionem voluit eſſe ſupremum moderatorem Eccleſię, ratione ſenij Petri id factum eſt, ne pacis author diſcordiæ locum daret, quam ſciebat cum ambitionis vitio concurrere, primatum illum non

Matth. 20 dominationem terrenam ſed miniſterium intelligens, cùm dicat de ſe, *Ego in medio veſtrum*

ſum ſicut qui miniſtrat. Ita in ea vocatione gratus Deo vſque ad 97. ætatis annum permanſit, quo eum de hac mortali vita ad æternæ glôriæ participationem vocauit, quo quidem non niſi præhabitis Deo gratiis, eique populo Epheſi quem regebat, humiliter commẽdato, præparatóque ſepulchro ſuo in quo ipſe ſe depoſuit, ſpiritum reddidit, ſtatimque pro vt iuſſerat ab iis qui adfuerant oppertus eſt. De eius autem ſepulchro protinus Manna exiit in eoque multæ factæ ſunt virtutes, ab omnibus infirmitatibus illuc confluentes mirabiliter liberati, & à tribulationibus ac periculis erepti, denique omnes in eius ſepulchro orantes, ſuarum precum effectum cum gaudio conſecuti leguntur : ac ſic in eo adimpletum eſt verbum Chriſti Domini de Petro & Ioan. prædicentis, quod ille honoraturus eſſet Dominum per crucem : hic verò ſubito corporis ſomno requieſceret in pace: Euſebius in hyſtoria Eccleſiaſtica, tantùm ait ipſum Epheſi obdormiuiſſe in Domino ſed modum non deſcribit. Ac vt per D. Ioan. Euangeliſtam huic mundo ſuperſtitem miraculis comprobata eius doctrina, tum & vitæ ſanctitate ſuam Eccleſiam amplificari voluit, ita & per eundem mortuum eandem afflictã cõſolari dignatus eſt, & dignabitur ſi eius precib⁹ apud ipſum fulta fuerit: Etenim vt Pij imperatoris pugnam cum Tyranno Eugenio, pro reipub. Chriſtianę defenſione proſperare

Abdias teſtis oculatus refert lib. 5. apoſt. hyſto.

l. 3. c. 25.

Theod. li. 5. cap. 24.

dignatus eſt,apparentibus ipſi & vni militum ex eius exercitu B. Apoſtolis Ioanne & Philippo, & victoriam de Eugenio promittentibus,&pugna commiſſa Eugeniusqui nimiùm temere ſibi victoriam promittens viuum ad ſe perduci iuſſerat Theodoſium cathenis vinctum, ipſe victus ad eum & vinctus abductus eſt, ita & à nobis ſub eius nomine inuocatus quacunque in tribulatione facilè nobis conciliabitur, pacem & ſecuritatem periclitantibus tribuet, pacis publicæ inimicos aut arcebit aut corriget,ita vt reſipiſcẽtes,ſempérque diuinũ auxiliũ eius interceſsionibus implorãtes ſemper illud cõſequamur. Qui igitur eius virginitatẽ cum nobilitate,&nobilitatem cum apoſtolica paupertate cõferent, & vitam multiplicibus ærumnis & difficultatibus comitatam,hodie ex eius exemplis hoc referent: poſt Chriſti natiuitatem nobis ob oculos poni in B.Stephano Martyres illos qui voluntate & effectu in pœnis morientes pro Chriſto, dum mundo cedunt, cœlo naſcuntur in B. Ioanne Apoſtolo,illos qui voluntate quidem ſed non effectu Martyrium ſuſtinere comprobantur in B. Innocentibus pro Chriſto occiſis,actu quidem ſuſceptum Martyrium ſed non ex animo, cùm hanc libertatem volendi & patiendi in illis impedierit nimium tenera ætas:in quibus omnibus portandæ poſt Chriſtum crucis ac ſponte & ſpe mercedis æternæ ipſum ſequendi exempla nóbis proponun-

tur. Quod præſtandî animũ nobis ſancti omnes à Chriſto in carne propter nos nato, impetrare dignẽtur, ſed hodie maximè Beatus Ioãnes Apoſtolus, vt ſic tranſeamus hîc per temporalia bona, vt non amittamus ęterna, quod nobis præſtare dignetur Deus Trinus & vnus. Amen.

DOMIN. INFRA OCT. Nat. Domini. Homilia.

Erant Ioſeph & Maria mirantes ſuper his quæ dicebantur de Ieſu, & benedixit illis Symeon & dixit ad Mariam matrẽ eius, Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael & in ſignum cui contradicetur & tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Luc. 2.

DEus bonorum non modò eſt adiutor ſed et ſuſceptor, eorúmque iniurias vindicandas ſuſcipit, ex hoc Dauidis, *ſuſcipiens manſuetos Dominus, humilians autem peccatores vſque ad terram*: Non enim dicitur (adiuuans) ſed ſuſcipiens (vt notat. D. Baſil.) dicitur enim manſuetos ſuſcipere, ſicut pater tenere amãs, Pſal. 146.

cölligens ac poſsidens: Eſt autem abſoluta ad vtrumque eius potentia, ad exaltandum humilem & ad humiliandum multa cum hyperbola, in arrogantiam elatum. Vocat enim manſuetudo ad cœlum, & ſuperbia ad terram deprimit, vt ait in eadem verba D. Hieronimus. Aug. verò ea accommodat vanis inquiſitionibus & ſcientiis hominum, quorum in opinando de ſcriptura temeritatem arguit his verbis: honora ſcripturam Dei, honora verbum Dei etiam non apertum, differ pietate intelligentiam, noli proterus eſſe aut accuſare eius obſcuritatem aut quaſi peruerſitatẽ: peruerſum hic nihil eſt, obſcurum autem aliquid eſt non vt tibi negetur, ſed vt exerceat accepturum: mitis & manſuetus eſto, noli recalcitrare aduerſus obſcura & dicere, ſi ſic diceretur meliùs diceretur, quomodo enim potes ſic dicere aut iudicare, quando ſic aut aliter dici expediat? non corrigit æger medicamenta ſua, nouit ea medicus modificare, ei crede qui te curat: vt ergo te ſuſcipiat Dominus, noli eius ſcripturæ reſiſtere, ſed eſto manſuetus vt ſuſcipiat te; humiliat enim peccatores contrarios manſuetis. Reprehendentes enim intelligibilia, terrena ſenſuri ſunt: hoc experientia comprobatum eſt in perditiſsima ſecta Manicheorum quæ acceptas & lectas ſcripturas irriſit; reprehendere voluit quod non intelligebat, & exagitando ac reprehendendo multa non intellecta, multos illaqueauit: ſed nō per-

Enarr. in eundem Pſal.

miſſi Manichei intelligere cœleſtia, terrena ſapuerunt. Quicquid audis in fabulis ipſorũ nõ niſi blaſphemia eſt & quædã figmẽta imaginũ corporaliũ, volẽtes enim Deũ intelligere, vſq; ad lucis huius ſpiritualis cogitationẽ venerũt, vltra ire non potuerunt, & tales cãpos lucis fecerunt in regno Dei qualẽ hic viderunt hũc ſolem quaſi fructum lucis ipſius: his certè verbis adeò ſcite noſtri tẽporis hæreticos deſcribit D. Aug. in Manicheis qui eius tẽpore Eccleſiam militãtem perturbarunt, vt eum noſtri temporis hæreticorum ſpectatorẽ propè fatearis: quorum vitia facilè declinabunt qui tres manſuetos ſibi imitandos proponent, de quib⁹ hodierni Euangelij explicatione nobis eſt agendum: Si ſunt Maria Virgo, Ioſeph, & Anna, qui vt hodiè quid de Christo ſit nobis ſentiendum ſua de eo fide demonſtrant, ita & quibus innoteſcere poſſit ſuo exemplo oſtendunt, in triplici autem hominum genere id fit.

{ In virginibus & Iuſtis.
In ſacerdotibus ſeu prędicatoribus.
In bonis ac veris viduis.

Vberem enim in omnes gratiã diffudit Deus filij ſui incarnatione (ait D. Ambr.) & Prophetiã incredulis negauit nõ iuſtis. Cũ enim in B. Virgine cõtinẽtia intelligatur, in Ioſeph autẽ iuſtitia, qui Virginitatẽ habent in cõſciẽtia, & iuſtitiã in opere, ij ſunt qui mirantur ſuper his quæ de Chriſto ſcripta ſunt & quæ de eo dicuntur, nempe ab Elizabeth potiſsimũ quãdo *L. 1. in luc.*

viſitata fuit à virgine cognata ſua, tunc enim ab ea mirabilia de matre & filio ex Ioanne præcurſore Chriſti exultante in vtero, virgini ipſi dicta ſunt, quę virgo & Ioſeph cum iis contulerunt quæ audierunt ab Anna & Sy-
Ho.38.2. ex.in Mat. meone, ac ſuper his mirati ſunt: erant tamen ſimplices: ac id ipſum eſt quod ait D. Chriſo. ad hæc verba quæ habentur Matth. 11. *Abſcõ-*
« *diſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis*. Il-
« luminari dicuntur ruſtici & ſimplices homi-
« nes (inquit) qui totum quicquid habent bo-
« ni, imputant bonorum authori, & aguntur
« gratiæ Deo non ſolùm quia illuminati ſunt
« paruuli, ſed & quia excæcati ſunt literati & ſa-
« pientes Iudæorum, & qui omnem Dei gra-
« tiam imputant ſibi: ſicut enim (inquit) qui in-
« nauigabilē Oceanum nauigare ſe vſurpat, dū
« non poteſt eum tranſire neceſſe eſt, per ean-
« dem viam reuertatur vnde ingreſſus eſt: Sic &
« docti qui per ignorantiam cœperunt: per eandem finiunt: ſerua ergo (inquit) mandata Dei & ſanctifica cor tuum vt Deus in te inhabitet & videas Deum. Quæris fortè, cur Dei myſteria abſconduntur à ſapientibus? Reſpon-
Rom.10. det D. Paulus, quia quęrentes propriā iuſtitiā ſtatuere, iuſtitiæ Dei ſubiecti non fuerunt.
l.16. Mor. c.15. & 17. Sic ait D. Greg. Papa ſingularem Deus hominis curam gerit omni tempore, vt ne ad mo-
« mentum quidem dormitet aut noſtris inten-
« dere deſinat, quocunque loco aut ętate ſimus
« conſtituti. Mirabantur ergo Maria & Ioſeph
acta

acta priùs in perſona Chriſti: dicitur & nunc eos admirari quæ de eo futura prædicuntur à Symeone, cui Deus oranti reuelarat quę de Chriſto prædixit: reuelationis autem diuinæ ſciendum eſt non vnicum & ſimplicem eſſe modum & finem, ſed ſicut quædam reuelationes ſunt benedictionis ſigna, ita quaſdã portendere confuſionem peccatoribus: Pharaoni enim data fertilitatis & ſterilitatis in bobus & ſpicis ſigna interpretatus Ioſeph, quid niſi proſperitatem regno Ægypti portendit per inhabitaturum pop. Iſrael cum populo Aegypti. eodem verò ex Ægypto abſcedente infœlicitatem, miſeriam, atque adeò reprobationem? quod veré contigit? ſiquidem commiſſa Moyſi prouincia exercitus Ægypti, honoratiſque apud Aegyptum Iſraelitis, ſicut antea iiſdem onerum multitudine non grauatis, exultabat in omni proſperitate Aegyptus: Oppreſsis verò per Aegyptios Iſraelitis, ſenſit vltionem diuinam Aegyptus, eiuſque perſecutionem Iſrael magna cum lętitia declinauit. Sic per Samuelem indicat Dominus ſeruo ſuo Heli indignationem ſuam, dum ipſi Samueli in viſione loquitur & tandem exſuſcitato à ſomno mandatũ dat de commonẽdo finis ſui Heli ac ſuorum miſero exitu, propterea quod liberis ſuis in Deum peccantibus nimium indulſerit, per Samuelem enim proteſtatur Deus nullam vnquam victimam pro peccato Heli & ſuorum ſibi fore gratam, ad

Gen. 41.

Ioſep l. 2. iud. ant. ca. 5. & c. 1. et 2. Exod.

l.3. aduerſus vitup. vi. Mon. quod ait D. Chriſoſt. vides ingentem Dei indignationem cruciatúmque vehementiſſimũ, & omninò ſpe veniæ excluſum? Quid verò etiam quod Daniel volẽte Deo, Regi Nabuch. ſomnia ſua explicat, eorũque illi rationẽ reddit, niſi vt cõmonitus rex à Deo per ſomniorum ſuorũ interpretationẽ diſcat reſipiſcere: *l 2. de mirab. ſcript. c.30.* ſic enim de eo ait D. Aug. Cùm Nabuchodonoſor rex ſomnium vidiſſet, euigilãtíque etiã ex parte aliqua ſomnij memoria in illo remaneret, Deus Danieli non ſolùm ſomniũ ipſum ſed etiam occaſionẽ quæ eſſet antequam rex dormiret, indicauerat: hoc verò factũ eſt vt regi Daniel ſummi Dei notitiam inſinuaret, & plebs in ſeruitute & captiuitate poſita aliquod quanuis paruũ auxilium & ſolatium haberet: Quódque Deus per Danielem voluit regem Babylonis reſcire, idipſum per prædicatores populũ omnémq; peccantẽ vult intelligere, ſicut per Symeonẽ homines in tẽplo præſentes cùm præſentatus eſt Ieſus per virginẽ matrẽ & Ioſeph quæ de eo ſcienda ac tenenda erant, promulgari voluit: ac vult & prædicatores in ſua obeũda prouincia ſuo fungi officio, & cõmonendos ſuorum delictorũ peccantes omni diligentia prædicationis locum diſquirere, vt in eum conueniãt, monentem audiãt, *Conc. 1. de Lazaro.* eius exhortationibus acquieſcãt, & in iis proficiant: de priore eſt hoc B. Chriſ. ſi poſt noſtrã admonitionem in vitiis ſuis perſeuerauerint peccantes, nec ſic quidẽ deſiſtemus apud vos quod rectũ eſt conſulere, quandoquidem &

aquarum venæ,etiamſi nullus veniat aquatū, manāt tamen, & fōtes etiam ſi nemo hauriat, tamē ſcatebras emittunt,&omnes,etiamſi bibat nemo nihilominus fluunt: ſic oportet & illum qui cōcionatur quanūis nullus auſcultet, tamē præſtare quicquid in ipſo ſitum eſt. ſic audierit qui voluit mirabilia de Chriſto,di cta à Symeone, Symeon quod ſibi de eo reuelatum eſt annunciauit, ſciuerūt qui audierunt,ſciunt & hodie, aut ſaltem ſcire poſſunt per Euangelium qui illud audiunt aut legunt, ad horū enim vtrumque patet omni homini aditus: de poſteriore verò eſt hoc eiuſdē: Sicut homines vino & potationibus deditι ſingulo quoque die,ſimul ac ſurrexerunt,obambulāt curioſéque diſquirunt vbi cōpotationes agantur,vbi cōuiuia,vbi cœna vbi comeſſationes,vbi temulentia, phialæ, crateres, & pocula: ſic&vos quotidie ſimul ac ſurrexiſtis, curioſè perquiratis vbinā futura ſit exhortatio, vbi ſalubris admonitio, vbi doctrina,vbi ſermo, ad ſermonem Chriſti conducens. Ac mediatū eſt hoc gen9 reuelationis:ſed eſt aliud quo planè ac immediatè ei cuius curam gerit reuelat Deus occulta ſua,vt illud quo prophetis & apoſtolis per ſpiritum ſanctum ſeipſum manifeſtauit,ex Chriſ.quo & Moyſi in mōte Synai apparuit,quo itē per Angelū,Act.12.B. Petrū carcere eripuit. Ordo autē eorū quę in Chriſto agit Symeon hic ex cōtextu aſſūpto deprehenditur.Benedicit matri filio & Ioſeph

Orat.1. ad uerſus ind.

Hom.1.1. exp in Matth.

prædicit quæ euentura ſint in filio,&quæ eius ratione in matre: Primũ ergo benedicit Chriſto &Mariæ maioribus ſe, ſed ratione ſui officij poteſt enim quimerito minor eſt maior eſſe officio, verbi gratia ſacerdotali, vt Simeõ, ideo cùm benedicere ſit officij ſacerdotalis, nihil repugnans continet hic actus Simeonis: Benedictione data quæ in Chriſto ventura ſint
Luc.12. exponit, *eum nempe poſitum in ruinam & reſurrectionem multorum ex Iſrael*: Iſraelitas incredulos intelligens, qui quia Chriſti in medio eorum nati, monitis nõ credent, grauiùs puniẽtur, iuxta illud, *ſeruus ſciens voluntatem Domini & non faciens vapulabit plagis multis.* Et in iis intelligitur populus quilibet incredulus& inſaniens in monitis prædicatoris, qui cum in exhortando perſeuerat renitente etiam populo, mercedem ſibi procurat in cœlo, liberat enim cõſcientiam ſuam: Agricolam enim poſt multos labores & ærumnas ſterilem agrum videntem, obidq́ue non pari alacritate eum poſtea colentem: medicum item infirmum curantem, quem ſciat in dies morbi ſui uim de induſtria augere, & præſcripta ſibi remedia vilipendere, cui etſi charitatis affectu remedia denegare differt, denegat tamen, vt defectu medicamenti ingraueſcentem morbum ſentiens, cogatur monitis medici obtemperare: Ludimagiſtrum denique interdum plagis pueros vtiliter erudientem in eo ſuperat Eccleſiaſtes, quòd exhortationum ac monito-

rum frequenti iteratione docet peccatores ſi in illa negligentia manſerint, eos inde maiorem condemnationis cauſam habituros: doctoris enim ſunt partes, peccatores ad pœnitentiam compellere, de Diaboli ſeruitute in libertatem gratiæ vindicare, & de terrenis ſecularibúſque negociis ad cœleſtium meditationem iugiter excitare, vt quam beatitudinem animo contemplati fuerint, pietatis iuſtitiçque operibus parare ſibi nitantur: Hoc conſilium ſecum inierunt Moyſes & Aaron conſtanter agentes cum Pharaone Ægypti rege de libertate pop. Iſrael, vt ex Aegypto egrediens, Domino ſacrificium offerat in deſerto. Hoc idem ſecuti ſunt prophetæ ſecundum illud, *Clama nec ceſſes, annuncia pop. meo peccata eorum, & domui Iacob peccata eorum*. ſenſit & Ionas pœnam tarditatis ſuæ cùm iuſſus eſſet adire Niniuitas ad prædicandum eis pœnitentiam vt vel ſuo periculo diſceret quid zelo pij prædicatoris conueniat: hoc ſecuti ſunt & Apoſtoli, inter quos D. Paulus ait, *peccantem coram omnibus argue, argue, obſecra, increpa*, & quicũque eorum veſtigiis inſiſtẽdum ſibi putarunt: ad hoc enim & dona linguarum eis data ſunt: id genus homines in Simeone intelligi dicimus, prędicente Chriſtum Iudęis & omnibus eorum duritiem imitaturis poſitum in ruinam, iis verò qui eius doctrinam imitaturi ſint, in redemptionem ſiue reſurrectionem: Porro, non tantùm hoc de Chriſto

Exod. 5.
Eſa. 58.
1. Tim. 5.
2. Tim. 4.

prædicit,ſed &illum ait *poſitum eſſe in ſignum cui contradicetur.* Signum autem tripliciter ſumitur,primò quidem pro nota ſiue indicio,quomodo fumus ignis ſignum dicitur: ſecundò
Io.4. pro miraculo, vt in his Chriſti verbis: *Niſi ſigna & prodigia videritis non credetis*: Tertiò pro vexillo militari ſecundum hæc Dauidis verba,
Pſ.73. *poſuerunt ſigna ſua, & non cognouerunt*: hoc po-
Orig. Ho. 17.in Lucā. ſtremo modo prædixit Simeon Chriſtum poſitum in ſignū, id eſt ad Euangelicæ doctrinæ veritatem tradendam atque inſinuādam: poteſt tamen reſpectu ſuæ incarnationis & natiuitatis temporalis dici ſignum ſecundo modo, itémque primo prout dicimus eum mediatorem Dei & hominum. Contradicturi autem Chriſto intelliguntur ſacerdotes, legiſperiti,Phariſæi,ac vno nomine,omnes qui eum negauerunt eſſe meſſiam, dicentes eum præuaricatorem legis, & impiorum dogmatum profeſſorem: haud ſecus certé hodie prędicator poteſt dici in ſignum poſitus cui contradicetur, vtpotè à præpotentibus quorum ſcelera arguet, à quibus increpatur vt temerarius, vt impudens, vt ſeditioſus, dum cuiuſque ordinis abuſus euulgat, dum faſtum & auaritiam hominum ſiue ex peruerſo politiæ ordine, ſiue(quod primum eſt)ex contempto eccleſiæ ſtatu, ſiue ex conceſſa libertate carnis & impedita per magnatum impietatem libertate ſpiritus, quæ Chriſtianorum propria eſt, ſiue ex manifeſta infractione legum

in religione & moribus, ac (vt ſemel dicatur) dum cauteria conſcientiarum multarum detegit, & ſuam animã in peragendo ſuo officio à periculo damnationis æternæ vindicare nititur. Prædicit & quod Mariam virginem ſpeciatim attingat eam recognoſcens Chriſti matrem, ſignificans in eius anguſtijs paſſiones & tribulationes immittendas eccleſiæ, vt exerceatur ad pœnitentiam & perſecutione creſcat: ſiquidem ait ſcriptura, *Vexatio dat intellectum*, & ex D. Chryſo. ſuos vult Deus anguſtiari ne ſuorum meritorum magnitudine in arrogantiam efferantur, dicente Dauide, *Bonũ mihi quia humuliaſti me vt diſcam Iuſtificationes tuas*. Ne nunquam tribulati, dij eſſe exiſtimentur, vt in eorum liberatione virtus Dei innoteſcat, vt cogitent de reſurrectione iudicij: vt à morte peccati, per pœnitentiã reſiliant, vt tutiùs de miſeria & beatitudine hominum diiudicent, ac per patientiam ſerui Dei eſſe agnoſcantur. Nam (vt ad hyſtoriam Chriſti hæc Symeonis prædictio accommodata videatur) hæc ſunt quæ reuelata ſunt in paſsione Chriſti, afflicta ex eius dolore B. virgine: in genere quidem, cogitationes credentium, & non credentium, iuſtorũm & iniquorum, diligentiũ & odientium: ſpeciatim autẽ, auaritia Iudæ proditoris, malitia ſacerdotum, odium Iudęorũ, inconſtantia Pilati, puſillani-

Eſa. 28.
Hom. 1. ad pop. Antiochen.
Pſ. 118.

mitas Petri, militum nequitia: dilectio Mariæ Magdalenæ quæ *ſtabat iuxta crucem Ieſu*, ſimiliter & Mariæ virginis & Ioannis, ſic in diram orbitatem coniecto ſtatu Eccleſiæ, Dei permiſſu, innoteſcunt eius defenſores, omnéſque quotquot zelo Dei mouentur, prodeunt & in lucem quibus intempore pacis fictum erat cor & diſsimulatum ſuamque ipſi produnt impietatem, ex perturbatis & afflictis rebus Eccleſiæ temere ſibi vel ab ipſo initió victoriam promittentes. Alium horum " verborum ſenſum tradit Orig. Cogitationes " malæ (inquit) erant in cordibus hominum quæ propterea reuelatæ ſunt, vt occideret eas ille qui pro nobis mortuus eſt, quandiu enim abſconditæ erant, impoſsibile erat eas interfici penitus. His Symeonis de Chriſto verbis teſtimonium perhibet. Anna prophetiſſa, vidua, de Chriſto loquens aduenientibus in templum ac omnibus expectantibus verum meſsiam, quod ad commendationem viduarum maximè facit. Cuius laudem in ea conſiderare lubet, hęc (vt habet textus) à virginitate ſua ſeptem annis vixerat cum viro ſuo, cùm autem oblatus fuit Chriſtus in templó, attigerat annum. 84. ætatis ſuę. Eximiam certè in viduitate agendi virtutem, quam D. Amb. in turture commendat maximè quæ mortuo ſuo maſculo nunquam deinceps alteri commiſcetur: ad laudem etiam annæ viduæ pertinet, quod nō diſcedebat è templo,

Ho. 17. in Luc.

l. 5. exae. cap. 19.

quodque ieiuniis & orationibus ſeruiebat die „
&nocte,de quo D.Amb.habet,vidua bonam „
habet ſuę commēdationis materiam,vt dum „
virum luget,fleat ſeculum, & in promptu ſint „
lachrymę redemptrices dum pēduntur mor- „
tuis quæ viuentibus ſunt profuturæ : fortitu- *l.de viduis*
do bonæ viduæ deeſſe non conſueuit, hæc
enim eſt vera fortitudo quæ naturæ vſum &
ſexus infirmitatem mentis deuotione tranſ-
greditur,qualis fuit in Iudith.Itaque in viduis
quid vt commendatione dignę iudicentur re-
quirendum ſit, videamus ex D. Aug. ad hæc
verba Dauidis. *Viduam eius benedicens benedicā*: *In Pſa.131*
vidua in delitiis viuens mortua eſt,& non nu-
meratur inter viduas:cogitet autem ſe fortaſ-
ſe viduitate punitam quia de viri ſui auxilio
ſuperbiebat dum eum haberet:vera enim vi-
dua eſt quę dum deſolata eſt, ſperat in Domi-
num,ac myſticè,eſt anima quę intelligit ſe de-
ſtitutam omni auxilio niſi ſolius Dei:ac(vt ait
idem)omnis Eccleſia ex quibuſcunque ſit,vna
vidua eſt vt pote deſerta in hoc ſeculo omni
ex parte , & ſolatium expectans à ſolo Deo
ſuo , ideo eius eſt orare & interpellare apud
Deum ſuum indeſinēter, vt Deus dignetur ei
reuelare ac manifeſtare bona incarnationis ac
natiuitatis filij ſui,quaten⁹ qui bonis& iuſtis,
caſtis,ſacerdotibus ac prædicatoribus& veris
viduis , in typo virginis Mariæ, Ioſeph , Si-
meonis ac Annę viduæ ſeipſum in templo ma
nifeſtare dignatus eſt , oranti Eccleſię in ſua

tribulatione ſuccurrat ac ſingulos in ea cōſtā-ter aduerſus mundum, carnem, & dæmonem militantes, ad cœleſtem gloriam transferat: donet igitur nobis in militia cōſtitutis Deus Opt. eum præliandi animum eámque victoriam, per quam &æterna tandem beatitudine cum ſanctis coronemur, Amen.

FINIS.

Nos ſubſignati doctores in ſacra Theologiæ facultate certificamus. Nos legiſſe has viginti quatuor Homilias, ac dignas eſſe quæ in lucem emittantur, & perutiles fore lectori. Teſtibus noſtris chirographis hîc appoſitis die 15. Septembris, 1578.

GVERIN. *DV MAS.*

INDEX PRÆCIPVORVM CAPITVM QVÆ IN HIS Homiliis habentur.

A

ABel Chriſtum figurauit fol. 2. a
Abſtinentia mira 125. b
Achan maledictus 2. a
Adam cupiditate victus ibid.
Adam præſciuit incarnationem Chriſti 94. b
Ægyptij vſque ad moſis tempora, Dei filium ignorarunt 77. b
Aduena flagellũ Dei 46. & ſeq. 49. a. b. 50. a. 51. a
Adulator, blandus inimicus 77. a
Amentia præcipua, quæ 23. b
Anabaptiſtarum rex 72. a
Angelis malis Deus bene vtitur 20. a
Angeli boni in Sodomitas vlciſcuntur ibid.
Anima, multa ſuſtinet per corpus 12. b
Anima peccatrix veritatem odit 60. a. b
Animus ſua quædam habet incrementa ætatis 61. a
Antichriſtus iam perſequitur eccleſiam 114. a
Apoſtoli, bini mittebantur, cur 96. a
Armis non æſtimanda victoria 84. a
Armonia muſica vſi ſunt hæretici ad decipiendum 75 a.
Atticus epiſcopus eleemoſinarius 57. b
Atheiſmus finis hæreſeos 86. a
Auaritia periculoſa 3. a. b

Autumnus prodigioſus 15. b

B

Baptiſmus Ioannis fol.121.a.& ſeq.
Bellum ſeruile 17. a
Bellorum ciuilium mala ibid.
Bellis obnoxia vita humana ibid.
Bella alterna, vnde 27. a
Bonis, proſperitas datur prolis 4. a
Bona ſenum & iuuenum 66. a
Bonorum reliquiæ, pauperum ſunt 5. b
Bonis, bene & malè in bello cedit, cur 58. b
Bonitas parentum vtilis filiis 124. a

C

Cæcitas mentis & corp. mira. fol.68 b.& ſeq.
Captiuitates 35.b.& ſeq.45. a
Caro infeſtiſſimus hoſtis 125. a
Cayn in quo potiſſimum peccâuit 2. a
Cayn figurauit Iudæos ibid.
Chriſtiani bellatoris fiducia 17.b.& ſeq.
Cur bellis vrgentur 27 b.65. b
Cum Iudæis comparantur 80.
Chriſtiani à barbaris excipiuntur 59. a
Chriſti naſcentis humilitas 143 b. & ſeq.
Chriſtus cum iureiurando ſacerdos 95. a
Chriſti iudicis gloria 107.b & ſeq.
Ciues liberi, qui 3. a
Cœlum æneum quid, 14. a
Cogitationes malæ imputantur 84.53. a
Conceptio B. virg. ſignum 53. b
Conceptio B. virg. immaculata 130. b
Conſpiratio meldenſis ſigno præmonſtrata 56. a

Conſcientia reproba 91.& ſeq.
Conuerſio in bonum quæ 73. a
Cultui Dei dicanda ea quibus domi abundas 3. a

D

Deus peccantem non impedit 91. a
Iudicium incipit à ſuis 152. b
Dei erga Iudæos clementia 8. b
Eiuſdem erga hominem bonitas 91. a
Deus de malo elicit bonum 80. b
In bonorum affluentia peccatorem plectit. 54. b
Deſperationis malum quantum 92 a. b
Diues vere,quis 24. b
Pauperum oppreſſor 3 b.25 b.26.b
Diuitum labor & finis 26. a
Diuitiarum gloria breuis 74. a
Diabolus hæreticum tenet ligatum 78. b
Diagoras atheus 89. b
Diſperſionis cauſa,quæ 81 b.& ſeq.
Diſperſionem ſequitur idololatria 85. a

E

Eccleſia perſecutionem ſemper patitur 147 b.& ſeq.
Eccleſiæ afflictionem ſequitur peſtilentia 90. a
Eccleſiæ perſecutiones 146 b.& ſeq.
Eleemoſinæ vtilitas 57. a
Eleemoſinæ erogatione in quo differunt hæretici à Iuliano apoſtata 96. b
Eleemoſinæ fructus 126 b.& ſeq.
Electionem eccleſiaſticorum miniſtrorum principi ſeculari deferunt hæretici 96. b
Epiſcopatus onus & fructus 124. a
Epiſteus pſeudochriſtus 9. a

Epicuro quid obijciendum 35.a
Eſus iumentorum, neceßitas vnde 67.b
Excommunicatiō Mahumetica 89.b
Ezechiæ culpa, ſpoliata Iudæa 3.a

F

Fames duplex 10.b
Cur immittitur 11.a. & ſeq. 57.a. & 71.a
Fames verbi Dei 12.a
Famem qui dolores ſequuntur ibid.
Ferula quid aſino & cæt. animantibus 20.a
Fidei robur quantum 81.a
Filij qui male precantur patribus 129.a
Flagellat Deus bonos per malos 80.b
Furor belli quem abuſum vt plurimum inducit. 30.b & ſeq.
Furti deteſtatio 28.a

G

Gallia quæ mala noſtro ſeculo experta eſt 31.a
Gallicana & gottica in Rom. irruptio 65.a.b
Gehennæ comminatio quid circa nos operatur. 102.b.
Gens cui dominatur aduena quid moliri debet 52.a
Giſulphus pacificator 51.b
Gloria ſeculi vana 6.b. 7.b
Gloria Dei viuis reuelatur 148.b. & ſeq.
Grando ſignum erit extremi iudicij 40.a
eadem vt plurimum index iræ dei ibid.

H

Habitus & morum conformitas fol 19.b
Hæretica inſipientia 23.b
Hæreticus, rapinis diteſcit 28.b. & ſeq.

Hæreticus callidus. 41.a
idem, impoſtor. ibid. & ſeq.
vulpibus Sanſonis confertur. ibid.
Aſino comparatur. 98.a. & ſeq.
audax & inuerecundus. 75.a
Sophiſta & multiloquus. 76.a
Geminis cornibus decipit. 76.b
clamoribus importunus. 76.b
principi adulatur ad quid. 77.a
quàm periculoſus. 78.a b
Hæretici ſuo initio eleemoſinarij. 58.a b
eorum libri exuſti. 64.a
eorum mater, libertas carnis. 75.b
figurati in Dathan, Chore, & Abyron 78.a
vbi volunt videri Deum colere 125.b
quibus maximè gaudent 126.a
Hieroſolimitana ſeditio ſub Nerone 31.a
Heliſeus periclitatus ob famem Samariæ 70.b
Hoſtium tria genera 116.a b

I

Idololatria confertur auaritia fol.2.b
Idololatria duplex 85.a
Infirmitas corporis quid ſuadet 23.a
eſt indifferens ſignum boni & mali colligendi 34.a
Incitandi & deſpiciendi qui 53.b
Ignorantia excuſationem in iudicio nemo prætexere poterit 53.a
Impudentia hæretica 43.a
Incendij imprecatio 16.a
Inconſtantia ſeculi 7.b

Inopia rerum impios ſequitur 39.b
Inſidiæ ſeruis Dei non nocent 5 b.& ſeq.
Immanitas hæretica in 12.clericos 61.b.& ſeq.
Imperatorum in hæreticos iudicia 76.a
Inundatio horrenda 15.b
Inuocationibus dæmonum ſeruierunt Philoſophi 41.a
Ionathas Triphonis muneribus decipitur 3.b
Ioan.Bapt.nobilis 117.& ſeq.
Iob patientiſſimus 90.b
Ira Dei auertenda 66.b
Iſraël ſummam pacem habuit ſub Ioſue 27 a.
Iudas Galilæus ſeductor 117 b.
Iudæi multi fictè accedebant ad baptiſmum Ioannis 120 b.
Iudæos figurauit Cayn 2.a
Iudæi cur de Ioan.Bapt.melius quàm de Chriſto ſenſerunt 117 b.& ſeq.
Iudæos non ſaluauit ſua pecunia 64.b
Iudicia Dei occulta & iuſta 91.b
Iudicium Dei duplex,occultum & manifeſtum 103 b.& ſeq.
Iulianus imperator eleemoſinarius 57.b
Iuuentus benedictionem ſpiritualem recipit quando 4b.
Iuuenum contemptus 63.a
Iuuenes quid primùm diſcere deceat 64.a
Iuſtinianus prodigus & tyrannus 10.b

L

Latro diabolus 29.b
Latro hæreticus 30.a
Latrones quàm odioſi 30 a.b

Latrones quàm odioſi 30.a.b
Latronũ multitudo quomodo principi imputãda 28.b
Laſciuiam carnis quando primum experti Adam & Eua 12.a
Liuoris finis nullus 32.b.& ſeq.
Lotio quadruplex 120.b
Luctus gaudio præſtat 19.b
Ludis ſcenicis gaudent Romani tempore peſtilentiæ 10.a
Lupi ciuitatem Burdegal. intrepide ingreßi 55.a
Lutherus apoſtata 75.b
Luxuriæ ebrietas quæ 31.b
communes facit vxores ibid.

M

Mala aduerſus famam obijci ſolita ſex 33.a
Mala ab aduena quæ 46.b.48.b
Mala temporalia adiumento ſunt ad Beatam vitam 57.a
Malorum temporalium bona quanta 19.b
Malorum excæcatio quanta 1.a
Maledictio in prole, pœna 4.b
Manna Iudæorum putrefactum 2.a
Medicamentum duplex à Deo datum 22.a
Medicamenta morbis conueniunt 5.a
Morbi diuerſi 20.b
Morbis occurrendum 13.a
ob peccata immittuntur 20.b.21.b
ad probationem immittuntur 21.a.23.a.b
Mors quid certum & quid incertum habet 7.a
Mortuorum ſuſcitationem promittunt hæretici 25.a. & b

in morbo primum confitendum 21.b
Morbi propter hæreſim immiſſi 78.b.& 79.a
Monachus verè quis 106.& ſeq.
Mors triplex 113.a
Monaſtica vitæ antiquitas 118.a.& ſeq.
Melchiſedech figurauit Chriſtum 94.b
Meldenſis conſpiratio ſigno declarata 56.a
Mentis cæcitas quid & quanta 35.a
Milui & principis comparatio 106.a.b
Miſericordiam Dei expugnat peccator 86.a
eadem, iuſtitia temperatur 93.a
Miſsionis angelorum ſub vtraque lege, differentia 143.a.b.
Miſsionis 4. modi 97.a.b
Mulier facilè in apoſtaſiam inducit 82.a.83.b
Mulieris Romanæ conſtantia 59.a
Mulieris verba ſeductoria 81.b
Mulieris adulteræ natura fol.1.b

N

Naturæ nimium defert peccator 46.a
Nobiles ignobiles 25.a
Nobilitas diuitiis æſtimatur 50.a
Nobilitas generis ſola, inanis ibid.& 124.b.& ſeq.
Nobilitas etiam ex obſcuro genere eſſe poteſt 51.a

O

Obliuionis inſignis, exempla 24.a.b
Obduratio in malo quibus contingit 86.b
Obduratio duplex ibid.
Obdurationem in malo quomodo permittit Deus ibid.
Officia egenis debita 5 b

Opera cui potiùs dicanda 23.a
Orationis pro impiis, fructus. 112.b
Orandum quomodo & qua attentione 126.a
Orant pro inimicis, qui 150.a
Oratio corpus & animam exhilarat 13.b
Oratio in corde duplici inutilis 66.a

P

Paſtorum vigilantium merces 141.b.143.a
Paucitas hominum qui multi fuerunt, vnde 79.b
Pax ſumma ſub Ioſue 27.a
Partus virginei ſigna. 140.b.& ſeq.
Pax vniuerſalis ſub Chriſto 138.b.& ſeq.
Peccata iuuenum, qua 22.a.b
Periurij pœna à Deo *immiſſa* 79.a.b
Perſecutio patienter ferenda 88.a
eam potiùs metu temporalium abhorremus 89.b
Peregrinantium in hoc ſeculo, conſolatio 109.a
Peſtilentia mulierum Italicarum 9.b
Peſtis animi & corp. ibid.
Peſtilentia origo quæ 8.a.& ſeq.
Piſtrina ſubterranea olim Romæ ad quid 31.b
Pluuia horrenda 15.b.& 40.b
Pœna de cœlo 15.a
Pœna temporalis impij quid 34.a.89.b.90.b.91.a
Pœnitentia non differenda. 51.b
Prædicator, quadrifariam mittitur 97.a
ſtellæ comparatur. 16.a
eius contemptum quanta mala ſequuntur. 38.a
Prædonē publicum ad quid ſuſcitat Deus 26.b.64.b
Prodigium quid 55.b
Prolis proſperitas quibus conceditur 4.a

Q

Quæſtum vſurarium à quo primum diſcimus 49.b

R

Regnum affectantium, conatus 29.a.b
Regnum ſeditioſorum 77.b
Regnum quibus modis accreſcit 83.a
Religionis præcipua cura eſſe debet regi & tyranno 83.
Religio antiquitate præſtantior 84.a
Religio duplex quid indicat 85.a
Religio vnica, vera, quo zelo eſt amplectenda ibid.
Reſpubl. beata in qua legi obeditur. 89.a

S

Saguntinorum miſeria 65.a
Sanctitatem non faciunt ſigna & prodigia 54 a
Senum laus 61.a. & ſeq.
Sciſmatici figurati in dtahan chore & Abyron 78.a
Signum quid 53.b. & ſeq.
Scelerum impunitas cladem cõmunem ſolet iuuehere 8.b. & ſeq.
Signa iudicij 105.a
Scripturas exponere qui prohibendi 108.b
Scholas deteſtantur hæretici 63.a
Sortilegia, prædicatorum contemptũ ſecuta 38.a. & b
Spirituſſ. plenitudo diuerſimodo data 132. & ſeq.

T

Tarditas ad audiẽdũ verbũ Dei, ſignũ antichr. 113.a
Tarditas ingenij in pœnam peccati 24.a
Tepidi in fide, quando placandum Deum putant 3.a
Terra motus ob peccata Iuliani 58.a

Tremendi caſus magnatum, ſicuti & tremenda peccata 62.b
Theſauriꝫantes iniqui 3.a
maledicuntur 8.a
in thoro matrimoniali pœna peccati 31.b. & ſeq.
Tremor vltimi iudicij 93.b
Tribulatio ad agnitionem peccati cogit 93.a

V

Vanitas mundi 89.a. & 103.a.b
Veritas ſumma in hac vita, quæ 115.b. & ſeq.
Veritati aduerſari quantum ſcelus 81.a
Vltio diuina indeclinabilis 39.a.b
Virtutes ſenum & iuuenum 66.a
Voluptas chara 73.b. & ſeq.
Virginitatem perpetuam Mariæ tenent Mahumetani 139.b
Vſura ex mercibus illicita 74.a
quid eſt ibid.
Vſurariorum pœnæ 47. & ſeq.

Z

Zelus in hæreticos 79.a
Zelus religionis mortem non expaueſcit 85.b
Zelo Chriſtianorum indureſcit impius ibid.

Finis Tabulæ.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Vbi habetur Veriphilinus vel Veriphilmus. legendum Xiphilinus. & fol. 97. pag. 2. linea 23. & 24. legendum ſic: ſed ſemetipſos inuerecundè intrudunt vt pſeudoprophetæ & pſeudoapoſtoli.

Excudebat Carolus Rogerius,
Anno Domini. M. D. LXXVIII.

BIBLIOTECA ... ROMA

7—15

17 – 3